

*Ms. M. II, 85.*  
*S. 16, n.*

X 2400/125

*Q. D. B. V.*

DISSERTATIO  
DE

II K  
1982

JURIBUS ET PRIVILEGIIS  
IMPERII ROM. GERMANICI  
EJUSQUE MEMBRORUM.

*Occasione Articuli III.*

CAPITULATIONIS  
JOSEPHI  
ROMANORUM REGIS  
AUGUSTI

*QUAM*

SUB PRÆSIDIO  
D. FRIDERICI NITZSCHII  
PHIL. ET JUR. D. ET PROF. PUBL. COM.  
PAL. CÆS. ET ASSESSORIS SUMMI HASSIÆ AP-  
PELLATIONUM JUDICII  
AFFINIS HOSPITIS ET PRÆCEPTORIS  
SUI VENERANDI

*PUBL. ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT*


JOHANN. HENRICUS JACOBI  
de Ehrenfron.

CONFLUENTINO-MOSELLANUS

DIE DECEMBRIS ANNO MDCCI.

IN AUDITORIO SOLENNI  
GIESSÆ HASSORUM.

Excud. JOH. REINHARDUS VULPIUS, UNIV. TYPOGRAPH.



EMINENTISSIMO AC REVEREN-  
DISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

JOHANNI HUGONI

ARCHI-EPISCOPO TREVI-  
RENSI

S. R. I. PER GALLIAM ET REGNUM  
ARELATENSE ARCHI-CANCELLARIO

PRINCIPI ELECTORI,

EPISCOPO SPIRENSI, ADMINI-  
STRATORI PRUMIENSI, PRÆ-  
POSITO WEISSENBURGENSEI,

NEC NON

CAMERÆ IMPERIALIS  
SUPREMO JUDICI.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.



EMINENTISSIME ARCHI-PRÆSUL  
PRINCEPS ELECTOR

CELSISSIME;

CLEMENTISSIME DOMINE!



Specimen vel levidense scientiæ in jure  
positæ, cum primis *de Juribus & Pri-  
vilegiis Principum Imperii, Ejusque Sta-  
tutum*, suggestæ ab Articulo Tertio Ca-  
pitulationis, cum *Augusto Romanorum*  
*Rege, JOSEPHO*, initæ, Disceptationi publicæ datu-  
ro mihi in mentem venit, *Cujus* potissimum auspi-  
ciis, rem eousque arduam, aggrederer, cujusve Patro-  
cinio in arenam, tam vastam, tamque ancipitem, me-  
mor

mor infirmitatis meæ, descenderem. Sed! da veniam,  
EMINENTISSIME PRINCEPS ELECTOR,  
CLEMENTISSIME DOMINE! dicam, quod res est:  
Majores mei, jam ab Abavo usque materno, sub EMI-  
NENTISSIMORUM ANTECESSORUM TUO-  
RUM clementissimâ Umbrâ, contra quoscunque  
novercantis fortunæ impetus, in sorte suâ beatâ stete-  
rant omninò inconcussi; *Sacratissima Biga Avuncu-  
lorum* TUORUM, DAMIANI HARTARDI, &  
CAROLI CASPARI; *Illius Moguntini, Hujus  
autem Trevirensis Archi-Præsulis*, Piusimæ Utriusque  
memoriæ, non minus Electoralis clementiæ favore,  
Avum meum paternum æque ac maternum profecuta  
est. Quid? quod & *Ipsa Eminentia TUA Electoralis*  
in svavissimum Parentem meum non cesset hodie dum  
clementissime influere, in eumque largos Gratiarum  
imbres quotidie effundere; Injurius ergo in Majores  
meos non immerito fuero, si quam illi Semitam cal-  
carunt, mihi que demonstrarunt jucundam, hanc ego  
turpiter neglexero: Patieris itaque EMINENTIS-  
SIME PRINCEPS ELECTOR, CLEMEN-  
TISSIME DOMINE! ex eâ quam innatam ha-  
bes erga omnes litterarum Cultores, & quam comper-  
tam ego habeo in svavissimo Parente meo, propen-  
sionem; Patieris, inquam, arenam me ingredi, & pro-  
positas

positas velitationes auspiciari me, sed firmissimo  
TUO innixum Præsidio. Deum veneror inde-  
fessè, quò TE, \* solidam Imperii Basin, Colum-  
namque immobilem, diu sospitet, quo & inde Sa-  
crum æque Imperii ædificium, circumspectâ pruden-  
tiâ & solerti pietate TUA, ad innumeros usque an-  
nos sustentetur; Et sic Terræ quoque TUÆ sub cle-  
mentissimi Tanti PATRIS PATRIÆ, auspiciis, dul-  
cique Regimine, felices sint ac beatæ.

## EMINENTIÆ TUÆ ELECTORALIS

*Clientum subjectissimus*

J. H. Jacobi de Chrenstron.



COMMENTATIO

AD

CAPITULATIONEM

JOSEPHI

ROMANORUM REGIS

AUGUSTI,

ET QUIDEM AD EIVSDEM

ARTICUL. III.

DE

JURE ET OFFICIO REGIS RO-

MANORVM CIRCA JURA ET PRIVILEGIA

IMPERII MEMBRORVM QVE EIVS.

CAP. I.

DE JURE ET OFFICIO REGIS

ROMANORVM CIRCA JURA ET PRIVILEGIA IM-

PERII ET STATVVM IN GENERE.

- |  |   |
|--|---|
| I. <b>J</b> us & officium Regium refertur<br>vel ad Ipsum Regem. 1.<br>vel ad Alios. 2.<br><i>Quod ad Regem, est vel Negati-</i><br><i>tivum, vel Affirmativum. 3.</i><br>Scilicet I. Ne Ipse turbet aliorum<br>Jura. 4. | Nec per Se fiat, quo minus unus-<br>quisque jure suo utatur. 5.<br>II. Ut jura Membrorum Impe-<br>rii confirmet. 6.<br>III. Ut ea contra alios defen-<br>dat. 7.<br>II. Per Jura intelligitur |
|--|---|

A 2

(1) Fa-

(1) Facultas moralis. 8.

(2) Leges seu norma actuum. 9.  
Quo & spectat Consuetudo.  
10.

(3) Status seu Condicio Homi-  
nis 11.

Quod probatur. 12.

III. Privilegia quid sint? 13.

Distinguntur in Personalia &  
realia. 14.

Quomodo differant à Constitu-  
tionibus Personalibus? 15.

Jura non constituuntur in Perso-  
nas singulas. 16.

Conveniunt tamen

(1) quia Privilegium est priva-  
Lex. 17.

(2) quia Privilegium est jussum  
de singulis. 18.

(3) quia in Cod. Theod. dicun-  
tur Rescripta Personalia. 19.

(4) quia l. 8. de LL. intelligen-  
da de Lege Romanâ. 20.

Non omne Privilegium est Con-  
stitutio Personalis. 21.

IV. Privilegium differt à Jure sin-  
gulari. 22.

Jus singulare dicitur respectu Ju-  
ris; Privilegia vero etiam in  
singulas Personas sunt consti-  
tuta. 13.

V. Conveniunt tamen

(1) quia in singulos Cives & cau-  
sas Privilegia dantur. 24.

(2) quia lis circa vocem. 25.

(3) quia per Privilegia discedi-

tur à Regulis Juris commu-  
nis. 26.

VI. Privilegia descendant ex Jure  
Nomothetico. 27.

(1) quia sunt privatae Leges. 28.

(2) quia Summa potestas di-  
spensat circa Jus commu-  
ne. 29.

VII. An Jus concedendi Privile-  
gia sit de Reservatis Impera-  
toris? 30.

Quod affirmatur regulariter.

(1) quia nullibi in Capit. restri-  
ctum. 31.

(2) quia ibi contrarium sanc-  
tum. 32.

(3) per R. J. de Anno 1654.  
§. 115. 33.

(4) per Instrumentum Pacis  
34.

(5) quia Imperator concedit  
Nundinas, Privilegia Acad.  
& similia. 35.

(6) per Regulam Doctorum Ju-  
ris Publici. 36.

(7) per Autoritatem Docto-  
rum. 37.

(8) quia Imperatori non sunt  
omnes Species Juris Legislato-  
rii restricta. 38.

Limitatur (1) quoad Privile-  
gia, quibus Jus tertii lædi-  
tur. 39.

Limitatur (2) Si Privilegia u-  
niversum Imperii Statum tan-  
gant. 40.



**J**us & Officium Regis Romanorum, quod in præfenti Article  
 circa Jura & Privilegia Imperii & Statuum exprimitur, bre-  
 viter & generaliter eo redit: Ut referri possit vel ad Regem  
 Romanorum vel ad Alios; Quod ad Ipsum Regem attinet,  
 partim negativum, partim affirmativum est, quod ibidem com-  
 prehenditur; ita ut commodè ad hæc tria membra, ibidem  
 contenta, nimirum ad Non-turbationem, Confirmationem &  
 Defensionem referatur. I. Scilicet: Ne Ipse Imperii Romani  
 vel cujusquam in Eodem quasiis Juribus deroget, sed unam-  
 quemque jure suo uti Ipse sinat; Artic. 3. ibi: Die Teutsche  
 Nation, das Heilige Römische Reich/ und die Chur-Fürsten/  
 wie auch andere Fürsten/ Prelaten/ Grafen/ Herren und Stän-  
 de/ sambe der ohnmittelbaren Freyen Reichs-Ritterschafft/ bey  
 Ihren Hoheiten und Gerechtigkeiten/ auch sonst Jeden bey  
 seinem Stand und Wesen verbleiben lassen; ohne Unsern Ein-  
 trag und Verhinderung; quod negativum dicere lubet, non  
 quidem simpliciter, sed ita, ut positivum quoddam involvat,  
 dum Rex Romanorum: Per Se non fieri debere, quò minus  
 unusquisque jure suo utatur; adeoque patientiam quoad Se pro-  
 mittit; Ita enim Patientiam caveri, imò usum & quasi-pos-  
 sessionem Juris acquiri & confirmari, accuratè statuunt Jcti,  
 Javolenus in l. ult. ff. de Servit. & Pomponius in l. Ratio. 3. §. 2.  
 ff. de Act. Empt. II. Vt Jura & Privilegia Statuum & Nobili-  
 tatis immediata Imperii confirmet; ibi: Darzu denen Stän-  
 den/ sambe erstgedachten Reichs-Ritterschafft Ihre Regalia und  
 Gerechtigkeiten in guter beständiger Form confirmiren und bes-  
 tätigen. Et III. denique: Vt Jura Statuum & Nobilitatis Im-  
 perii immediata contra Aliorum insultus, turbationesve defen-  
 dat, ibi: Sie auch darbey als erwählter Römischer König hands-  
 haben/ schützen und schirmen; Quæ jura affirmativa dicimus.

- §. 2. Per Jura Imperii & Statuum non tantum intel-  
 8. ligitur (1) *Qualitas & Facultas moralis ipsi competens ad aliquid*  
*justè habendum vel agendum*, prout describit Grotius de Jur. B.  
 & P. Lib. 1. cap. 1. §. 4. uti eò spectant verba *Capitul. present.*  
*art. 3. nostr.* ibi: *Hey Ihren Hoheiten / Geist- und Weltlichen*  
*Würden / 2c. Gerechtigkeiten / Macht und Gewalt / 2c. verbleiben*  
*lassen. Et porrò: Ihre Regalia und Obrigkeiten / Freyheiten /*  
*Privilegien / Pfandschafften und Gerechtigkeiten 2c. confirmieren*  
*und bestätigen. Sed etiam (2) quatenus per Jura intelligun-*  
 9. *tur Leges seu Norma & Regula actuum moralium obligans ad id*  
*quod rectum est*, quemadmodum iterum definit Grotius de  
 Jur. B. & Pac. lib. 1. cap. 1. th. 9. seu uti ad Civitatem applican-  
 tur: *Quatenus sunt Norma actuum moralium obligans ad id,*  
*quod Civitas constituit*, vel uti Imperator Justinianus definit:  
*Quod quisque Populus sibi ipsi Jus constituit juxta §. 1. 7. de Jur.*  
 10. *N. G. & C. l. 9. ff. de Jus. & Jur.* Sive sint Leges scriptæ sive  
 non-scriptæ, seu Consuetudines ritè & ex Consensu Legisla-  
 toris tacito introductæ, quippe quæ ejusdem cum Jure ex-  
 presso sunt effectus. §. 9. 7. de 7. N. G. & C. l. 33. ff. de Legib.  
 Et faciunt eò verba textus nostri, ibi: *Hey Ihren Würden /*  
*Rechten / Gerechtigkeiten / 2c. Et porrò: Ihre Regalia und*  
*Obrigkeiten / auch Gebrauch und gute Gewohnheiten /*  
*so sie bisher gehabt haben / oder in Übung gewesen seyn zu Was-*  
*ser und zu Lande / addat. R. J. Spir. de Anno 1542. §. Damit*  
*auch 19. ibi: Hey Ihren Rechten und alten Gewohnheiten. R. 7.*  
*Ratisbon. de Anno 1557. §. So soll es 49. R. 7. de Anno 1566. §.*  
 11. *Dieweil nun 41. Imò etiam (3) per Metonymiam causæ*  
 pro effectu intelligimus Jura. quatenus per ea denotatur *Sta-*  
*tus seu conditio hominis, in quâ quis est constitutus, & Jura inde*  
*sua exercet*; uti eò spectant verba textus *Artic. 3. ibi: Auch*  
 12. *sonsten jeden bey seinem Stand und Wesen verbleiben las-*  
 sen.

fen. Prout enim Status Hominum eorumque Conditio est diversa; Ita etiam diversa exinde oriuntur Jura. Sic etiam vox Juris pro Statu capitur in *Tit. 7. de Jure Person.* Uti non tantum (1) ex eo patet, quod in dicto Titulo de Statu potius Personarum, quam facultate aliquid habendi vel agendi, vel de normâ actuum moralium agatur; sed etiam (2) Quod Titulus ille in Digestis inscribitur: *De Statu Hominum*. Unde etiam Vinnius in *Not. ad rubr. Tit. de Jure Person.* observat: *Quod Status rationem causa, Jus effecti habeat; Et Quod Status sit ipsa Persona conditio; Jus verò quod hanc conditionem sequitur.*

§. 3. Privilegia sunt Jura & Constitutiones singulares, qua propter certas causas & Personas contra vel præter jus commune aliquid disponunt. Uti benè definit Struv. in *Synt. Jur. Civil. Exerc. 2. th. 26.* Et sunt vel *Personalia*, quæ Personæ, vel certo Personarum Ordini, ut Principum, Comitum, Nobilium, Pupillorum, Clericorum, Studiosorum, vel certæ familiæ sunt concessa, vel *Privilegia Realia*, quæ ex ratione singulari causæ vel rei tribuuntur, ut propter ipsam causam vel rem persona ad quam pertinet, singulari jure fruatur; per *L. 68. & l. 196. ff. de R. Jur.* Et differunt quidem Privilegia personalia propriè à Constitutionibus Personalibus; ubi Personæ singulari vel ob meritum indulgetur, vel quæ poena scilicet *gravior* irrogatur, vel sine exemplo subvenitur, quæ ipsa personam non egrediuntur; §. 9. 7. de 7. N. G. & C. l. 1. §. 2. ff. de *Constit. Princ.* uti observat Strauch. de *Statut. à Summo Princ. th. 30. & in Dissert. Justin. 1. th. 8.* Cum Jura non constituentur in Personas singulas, sed generaliter *L. Jura 8 ff. de Leg. 2ib.* Et *jussa populi plebisve de Imperio Cneii Pompeji, de rebus M. Ciceronis, de Cade P. Clodii quaestio, non possunt vocari Leges.* Non sunt enim generalia jussa sed de singulis concepta. Uti inquit Gellius *10. Noct. Att. 20.* Et apud Ciceronem *injusta*

- dicuntur Privilegia, cum Legis vis sit, scitum esse & iustum in omnes, in Orat. ad Pontif. Et in LL. XII. Tabb. Privilegia ne irrogantur! Sed quia (1) Privilegium dicitur idem, quod *privæ Lex*, seu Jus *privæ* sive singulis hominibus datum; *quæ enim veteres privæ dixerunt, nos singula dicimus*, inquit Gell. d. l.
17. Qui æquè ac Cicero d. l. Privilegium dicit iustum de singulis conceptum; Sic (3) in *Cod. Theod. Tit. de tenere muniendo*, quæ in l. 5. dicuntur *Rescripta Personalia*, illa dicuntur in l. 4. *præc. Privata Privilegia*. Et quod (4) *Leg. 8 ff. de Legib.* concernit, vel illa ad mores Status popularis respicit, cui propter æqualitatem Civium Leges privæ repugnant; vel ad Legem in Rep. Romanâ propriè dictam, scilicet; *Quam populus Romanus Senatorio Magistratu interrogante, constituit*; S. 4. l. de l. N. G. & C. Quam cum non ferret Imperator, sed quod faciebat jus, Constitutionis nomine veniebat; Hinc etiam
18. Constitutio personalis Privilegium, quamquã non omne Privilegium, quod scilicet causæ datum est, Constitutio vel Rescriptum personale dici poterit.

- S. 4. Differunt etiam *privilegia propriè à iure singulari*, uti observat Cujac. lib. 15. *Observ. cap. 8. in fin.* quod hoc non dicatur intuitu personæ cui competit, uti Privilegia, quemadmodum in §. 3. vidimus, sed intuitu rationis juris, ubi quid contra rationem juris, seu contra tenorem rationis, propter utilitatem & necessitatem publicam est constitutum l. 14. l. 16. ff. de Legib. l. 162 ff. de Reg. Jur. Sic Regula est Juris communis: Neminem plus Juris transferre posse, quàm ipse habet. *L. nemo plus 54. l. nemo, 120. de R. l. L. Traditio 20. ff. de Adq. rer. Dom.* Paulus tamen JCeus ex Libro de Jure singulari dicit in l. *Quod nostrum 63 ff. de usufr.* Quod is, qui fundum habet, usufructum cedere possit, quod à Regula Juris desecit; Sic Regula est: Quod debitor solvere creditori teneatur; Sed Paulus ex libro de Jure singulari, dicit, in *L. Marcius 54. ff. Sol. matrim.*

*rim.* Quod maritus, socius, Patronus, Parens, non teneatur, nisi facere id possit, donator verò teneatur; quod jus singulare est: Ita ut hoc dicatur, quod paulum discedat à Regulis Juris; Privilegia etiam in singulas autem personas sint constituta; uti observat *Cujac. d. l.* Ut taceamus Privilegium se habere ut proprium, & esse jus certæ personæ vel causæ proprium, & certis earundem qualitatibus & conditioni accommodatum, prout definit *Strauch. de Stat. à Summo Princ. th. 29.* Jus verò singulare derogare Juri Civili generali, & opponi rationi Juris communis; Ita ut breviter *Jus singulare seorsim agat à Juris communis ratione, & rationem Status pro ratione habeat,* per *l. 16. ff. de LL. & L. 162. ff. de R. 7.* Privilegium verò *communi Juris rationi subit, illamque applicet subjectis propriis & adequatis, in quantum illa illud recipiendo sunt.* vid. *Strauch. d. th. 29. add. Jacob. Gothofred. ad Reg. Jur. 162.*

§. 5. Sed quamvis hæc ita sint; quoniam rationem pro singulari Jure haberi etiam potest, quod non in omnes Cives, sed in singulos *v. gr.* Nobiles, Clericos, Studiosos, est conceptum, uti traditum *supra §. 3.* quemadmodum etiam, quod *v. gr.* causæ dotis, causæ piæ est sancitum; perinde ferè, uti singularia quædam sunt recepta circa usucapionem, circa pecuniam creditam &c. juxta *l. Singularia 15. ff. de Reb. Cred.* Jus autem singulare circa personas vel causas privilegium dicitur. *L. 68. & l. 196. ff. de Reg. Jur. vid. quæ supra ad §. 3. sunt dicta.* Hinc non immeritò cum communi Doctorum Scholâ Privilegia *Constitutiones singulares* diximus, imprimis (2) cum in verbis simus faciles, si de re ipsâ constet, *arg. L. 17. ff. de Legib.* Nec in verbis sit subtiliter dialecticandum, uti loquitur *Car. àin. Mantica de Conject. ult. vol. lib. 1. Tit. 1. num. 4.* Ut taceam, (3) etiam per Privilegia discedi quadantenus à Regulis Juris communis, ut quando Regula est: Quod omnes Cives teneantur solvere Collectas; Per Privilegium immunes ab iis excusentur.


§. 6. Descendit autem Jus dandi Privilegia ex Jure  
 26. Nomothetico, seu Legislatorio, *sive* quod Privilegia sint *Privi-*  
*va* leges seu in Personas & causas singulas conceptæ, uti *supra*  
 28 §. 2. observatum; *Sive* etiam, quod Summa Potestas de Jure  
 29 communi dispensat. Quando enim Princeps vel ob meritum  
 aliquid indulget, vel ex ratione particulari de Legibus gene-  
 ralibus & Universalibus, seu aliquid singulare præter dispositio-  
 nem concedit & constituit, tunc id est dispensare seu relaxare  
 à Lege generali, hoc est, dare Privilegia, uti huc faciunt §. 6.  
 7. de 7. N. G. & C. l. 1. ff. de Constit. Princ. Unde & Boesler. in  
 Notis. Imp. lib. 4. cap. 1. num. 4. §. 8. & lib. 12. cap. 1. circ. princip.  
 benè potestatem dandi Privilegia ad Jus Nomotheticum re-  
 fert.

§. 7. Ex quibus facilè fieri judicium potest: Quis in  
 30 Imperio Romano-Germanico potestatem habeat Privilegia &  
 immunitates concedendi? *An Reservatis Imperatoris, an ve-*  
*rò Communicatis Juribus jus illud accensendum?* Et meritò pro  
 31 Cæsare regulariter id affirmandum venit (1) propterea, quod  
 nullibi in Capitulationibus id ipsum inveniatur restrictum, vel  
 cum Statibus communicatum, adeoque Cæsari reservatum.  
 32 Imò potius (2) contrarium in iis sancitum, per text. *Articul.*  
*pres. 3. ibi: Und niemand einig Privilegium darwider ertheilen;*  
*Privatio verò & restrictio secundum Canonem Philosophicum*  
*supponit habitum. Add. art. 44. infra. ibi: Kaysersliche Con-*  
 33 *cessionen der Privilegien. Quod etiam (3) in R. J. de Anno*  
*1654. §. Und stehet us. legitur ibi: Privilegia de non appellando,*  
*deren fernere Erhöhung bey Uns als Römischen Kaysers/*  
*von Deme diese und andere dergleichen Begrabungen herrühr-*  
*ren/ in so weit gebührend anzuhalten/ und nach Gestalt der Sac-*  
 34 *chen Umstände Unserer Resolution und Verordnung*  
*darüber zuwarten. (4) Per Instrum. Pacis Casar, Svecicum*  
 Art.

ART. 3. CAP. I. DE JUR. ET PRIV. IMP. IN GEN. 11

Art. 2. §. Gaudeant, ubi jura Imperatori cum Statibus Imperii communia sollicitè quidem recensentur, de Jure verò Privilegiatorum & immunitatum nihil ibi habetur. Unde etiam (5) Imperator jus dandi nundinas privilegiatas, Privilegia Academica concedendi & similia solus habet. Quemadmodum & (6) Regula apud Doctores Juris Publici hæc solennis est: Hoc jus spectat ad Privilegia; Ergò est de Reservatis Imperatoris. Et præterea (7) autoritas Doctorum Juris Publici tantum non omnium id confirmat. vid. Paurmeisterus de Jurisdic. lib. 1. cap. 4. num. 6. Gail. lib. 1. Observ. 1. num. 7. Stephani de Jurisdic. lib. 1. cap. 7. Lampad. Part. 3. cap. 14. Carpzov. de Leg. Reg. cap. 12. num. 8. Limn. lib. 2. cap. 9. num. 19. Boecler. in Not. Imper. lib. 4. cap. 1. th. 4. num. 8. &c. Et quamvis ad præc. §. dixerimus: Hoc jus spectare ad Jns Nomotheticum, potestas verò Legislatoria in Imperio Romano non spectat ad solum Cæsarem, sed Jus Comitiorum est per Capit. Josephi. Art. 2. ibi: Wie Raht und Consens Unser und des Heiligen Reichs Chur-Fürsten/Fürsten und anderer Stände/bessern. & Instrum. Pacis Artic. 8. §. Gaudeant. vid. Dissert. ad Artic. 2. Capitul. Josephi cap. 7. §. 2. Probavimus tamen dictâ Dissert. d. l. §. 2. & 4: Non aiane jus Legislatorium Imperatori esse restrictum, nec Potestatem dispensandi circa Leges Romanorum Regi esse limitatam, quatenus illa ad Privilegia Immunitatis, & dignitates refertur. Limitatur tamen hoc Jus Regium circa Privilegia (1) ut illud exerceri non possit, quatenus Jus Tertii exinde læditur, uti huc faciunt verba nostri Articali 2. ibi: Und niemand einig Privilegium darwider (h. e. contra Jura Statuum) erteilen / Quippe quod etiam Juri communi repugnat. Quid enim alicui pro pietate conceditur, ad aliorum injuriam non debet redundare. Cap. Cum dicat 2. extra. de Eccles. edific. cap. quia 2. in fin. extra. de Reliq. domib. Et Privilegium militum ad alienam injuriam porrigi non oportet. L. Impu-  
B 2 beri

beri 40 ff. de Admin. Tut. L. 8. pr. ff. de Prætor. Stipul. Quædam  
admodum & (2) Limitatur: si Privilegia universum Imperii  
Statum concernant, qualia sunt jus concedendi, augendi vel  
prorogandi Vectigalia, Jus concedendi Regale Monetæ, Jus  
recipiendi aliquem inter Status Imperii; & quæ sunt similia, ubi  
Regia potestas etiam circæ Privilegia est limitata vid. in Capit.  
Joseph, infra Art. 20. 33. & 43.



## CAP. II.

DE JURE ET OFFICIO REGIS  
ROMANORUM CIRCA  
JURA NAT. TEUTONICÆ ET IMP.

II. Jus & officium Regis considera-  
tur

(1) Materialiter. 1.

(2) Formaliter. 2.

Quoad Regem ipsam vel quoad  
Alios. 3.

III. Jura Nationis Germanicæ in ge-  
nere. 4.

Quæ sit ratio cur dicta Clausu-  
la Capitulationi sit infer-  
ta? 5.

Quare hodie retineatur in Ca-  
pitulationibus? 6.

III. Jura Nationis Germanicæ in  
Specie. 7.

Scilicet I. Libertas;

Cujus Gens Germanicæ tenacti-  
sima. 8.

Non tantum antè sed & sub

Imperio Francorum. 9.

Franci suere populi Germa-  
nicæ. 10.

Carolus M. prima Fundamine  
jecit Dignitatis Principum  
Germaniæ. 11.

Quæ Carolingis rejectis, postea  
aucta. 12.

IV. Alterum jus Nationis Germa-  
nicæ est II. Majestas Impera-  
toria. 13.

Carolus M. transtulit Majesta-  
tem Imperatoriam ad Germa-  
nos; probatur

1. quia Germanus. 14.

2. quia ipsi in divisione accessit  
Germania. 15.

3. quia à Cesaribus Romano-  
Germanicis vocatur: Un-

ser



- fer Vorfahr am Reich. 16.  
*Carolus M. acquisivit Imperium Romanum*  
 (1) *jure belli.* 17.  
 (2) *Transactione.* 18.  
 (3) *Acclamatione Pop. Roman.* 19.
- V. *An alius quam Germanus in Imperatorem possit eligi?* 20.  
*Lex propterea Ottonis III.* 21.  
*Inprimis hic Capitulatio pro Lege est.* 22.
- VI. *Jura Sacri Romani Imperii non turbanda.* 23.  
*Imperium dicitur Romanum*  
 (1) *quia decus gloria Imperii ab Augusto ad Successores transiit.* 24.  
 (2) *Propter Prophetiam Danielicam.* 25.  
 (3) *quia nomen in parte rei subsistit.* 26.  
*Germania pars fuit provincia Imperii Romani.* 27.  
 (4) *quia Carolo M. & Ottoni M. Imperium acquisitum in urbem Romanam.* 28.  
 (5) *quia Imp. Romano-Germanici sunt in quasi-possessione hujus Elogii.* 29.  
*Sacrum dicitur Imperium non Oratorio Stylo sed Curiali* 30.  
*Unde hoc probatur?* 31.
- VII. *Natio Germanica, & Imperium Romanum in textu ut diversa tractantur.* 32.  
*Interdum conjunguntur; Unde*
- das Römische Reich Teutscher Nation. 33.  
*Quid debeat illa Clausula?* 34.
- VIII. *Jura Imperii sunt Communia, uti sunt*  
 (1) *Jura Finium Imperii* 35.  
*de quibus remissive* 36.
- IX. (2) *Jus X. Circulorum Imperii.* 37.  
*Quid de divisione* (1) *in Quaterniones habendum?* 38.  
 (2) *in Caput & Membra.* 39.  
 (3) *Divisio in X. Circulos observanda.* 40.
- X. *Autor Divisionis in Circulos Maximilianus I.* 41.  
*Utilitas ipsius tam in Genere.* 42.  
*quam in specie.* 43.
- XI. *Pro regimine Circulorum sine constituti*  
 (1) *Directores.* 44.  
 (2) *Duces.* 45.  
 (3) *Adjuncti.* 46.  
 (4) *Receptores Circulares.* 47.  
*A quibus differunt Receptores Statuti.* 48.  
 (5) *Zygotata.* 49.
- XII. *De Mutationibus, Reformatione & Redintegratione Circulorum remissive.* 49.
- XIII. *Ad Jura Imperii Communia*  
 (3) *refertur Matricula.* 50.  
*Quae novissima?* 51.  
*An haec perfecta?* 52.  
*Renovatio & emendatio matriculae.* 53.

Ubi

Ubi matricula invenitur? 54.

Et ubi Repartitio Noribergen-  
sis? 55.

Sebastiani *Almiers de Matricula*  
*Meditationes.* 56.

XIV. Ad Iura Imperii communia  
spectat (4) Jus Archivi.

Definitio & Synonyma Archivi  
& Archeotæ. 57.

Archivum distinguitur in Im-  
peratoris & Imperii Archi-  
vum. 58.

Hoc continet  
vel Acta publica

vel Acta Judiciorum Publico-  
rum. 59.

Ubi afferuntur Acta Itali-  
ca? 60.

De Effectu Archivi remissivè.  
61.

XV. Spectat ad Iura communia  
Imperii (5) Jus Comitio-  
rum. 62.

(6) Jus circa Judicium Came-  
rale. 63.

(7) Jus circa Bellum & Pacem  
de quibus remissivè. 64.

S. I.

- Jus & officium Regis Romanorum, se exerit I. *Materialiter*  
1. *Objectivè* (1) in Juribus Nationis *Teutonice* (2) in Juribus  
Imperii (3) in Juribus *Statuum Imperii* (4) in Juribus *Nobili-*  
*tatis immediata* & (5) in Juribus *Cuicunque questis*. II. *For-*  
2. *maliter* ratione modi & quatenus id vel Regem Romanorum  
ipsum concernit, quod in *non-turbando* & *confirmando*, vel  
3. quoad alios in *defendendo* consistit; de quibus infra sigilla-  
tim erit agendum; in hoc vero Capite de primo & secundo  
dicetur.

- S. 2. Juribus I. Nationis Germanicæ his verbis in  
4. textu cavetur; *Sollen und wollen Wir in alle Wege die Teu-*  
*tsche Nation bey Ihren Hoheiten/ Würden/ Rechten/ Gerechtig-*  
*keiten/ Macht und Gewalt bleiben lassen.* Que verba jam in  
Capitulatione Caroli V. sunt expressa; Ita ut exinde judici-  
um ferri queat, propterea illam formulam Capitulationi esse  
insertam, ne forte tanquam Rex Hispania tum temporis po-  
tentissimus vel *Libertati Teutonice* gravis esset, vel etiam ipsam  
digni.

*Dignitate Imperatoriâ*, in dictam Nationem ritè translata, pri-  
varet. De hoc enim inter alia quoque cavere voluisse Ele-  
ctores, nullum planè subest dubium, cum Jus Romanorum  
Regem & Imperatorem eligendi sane maximum, hætenus, &  
à tempore Conradi I. spectasset ad Nationem Germanicam,  
adeoque metueretur, ne forte occasione Imperii Carolini im-  
posterum ad Nationem Hispanicam devolveretur; Idque eò  
magis, quò potentior tum temporis erat Monarchia Hispani-  
ca adè, ut etiam, testante Historiâ illorum temporum, ad  
Monarchiam Universalem aspiraverit. Et quamvis hodiè si-  
milis causa metuendi amplius non subfit, eùm ab illo tempore  
Reges Romanorum non sint electi, quorum potentiam exter-  
nam æquè revereri necesse habeat Germania; Clausula tamen  
illa, tam quod abundans cautela non nocet, quam propter  
alia Nationi Teutonice competentia Jura & prerogativa, ex  
occasione temporariâ perpetua est facta.

§. 7. Duo ergò sunt de quibus Nationi Teutonice in  
*hoc Articulo* cavetur: *Alterum est Libertas; Alterum verò digni-*  
*tas; Libertatis Gens semper fuit tenacissima, uti testatur Ta-*  
*citus lib. 2. Annal. cap. 44. seqq. & de Morib. German. cap. 7. 11.*  
*& passim; ita ut regno Arfacis acriorem dicat Germanorum li-*  
*bertatem, in cap. 37. de Morib. German. omniumque seculorum*  
*Historiæ loquuntur; Quæ Libertas in Gente in eo consistit,*  
*ut Libertas tempererur Principatû, & Principatus libertate,*  
*quemadmodum res ferè dissociabiles, Principatû scilicet ac li-*  
*bertatem, miscuisse olim dicitur Nerva Cæsar, apud Tacit. in*  
*Vitâ Agric. cap. 3. Et quamvis sub Imperium Francorum, ma-*  
*ximè Caroli M. temporibus, partim armis, partim coaduna-*  
*tione, juxta Eginhardum in Vita Caroli Magni, Germania sit red-*  
*acta! Ipsos tamen Francos ex liberis Germaniæ populis fuisse,*  
*Marquardus Freher. lib. 2. Orig. Pal. cap. 3. monstrat; Neque*  
*etiam Francorum Reges desponicè imperâsse tam Comitibus sæ-*

- pè habita testantur, quàm etiam hoc, quod ipse Carolus M.
11. prima quasi Fundamina, Dignitatis & Potestatis plerorumque Principum, Ducum, Comitum, Baronum, Imperiique Statutum posuerit. Uti eò facit blandum ad Nobiles suos Francos & Germanos in Comitibus Padrabrunnensibus Anno 777. celebratis habitum alloquium: *Ite Milites mei, Vos Heroës vocabimini, Socii Regum, Iudices Criminum, vivite posthac laboris expertes, consulite Regibus publico nomine, favete Orphanis, juvate pupillos, Consilio circumdate Principes.* Quod refert Goldast. in Tom. 3. *Constit. Imper. Lat. fol. 120.* Quod ipsum postea,
  12. Carolingis Sceptro Imperiali exutis, magis magisque vires cepit, ita ut temporis successu Imperii Status etiam in consortium Imperii sint asciti; Unde etiam innatus ille nationi Germanicæ character, in hunc usque diem perdurat, ita ut genuinum Imperii Romano-Germanici Interesse hodiernum consistat in Conservatione Libertatis Germanicæ, juxta Constitutiones Imperii moderatæ, prout loquitur Myler. *de Princip. & Stat. Imp. cap. 14. S. 7. ex Fridberg. ad Burgold. part. 1. Dissert. 10. n. 17. add. Dan. Heider. in Fundam. Discursus von dem Reichs Bogtheyen lit. W W W W.*
  - S. 4. Alterum, de quo Nationi Teutonicæ in hoc Articulo cavetur: est *Majestas Imperatoria*, in jam dictam Nationem per Carolum M. translata. Uti enim (1) *Carolus Magnus* & Nativitate, & prolapiâ, & moribus, & Linguâ fuit *Germanus*; Uti etiam (2) in divisione terrarum paternarum ipsi accessit *Germania*, *Corosomanao* verò *Gallia*; *vid. Schaten in Histor. Vvestfal. Lib. 6. in fin.* ita etiam dum acquisivit Imperium Romanum, Germaniæ idipsum, non verò *Galliæ* adunivit; Unde etiam (3) à *Friderico III. Imperatore* in *Seiner Reformation de Anno 1442 Tit. von dem heimlichen Gericht* vocatur *Unser Vorfahr am Reich.* perinde uti *Carolus IV.* eodem Titulo in *d. Reformat. Tit. daß niemand den an-*
- verm

Dem beschädige; insignitur. Acquisivit verò eandem Majestatem Carolus M. (1) *jure belli* quo ipsam extorsit Longobardis, 17. horum Rege Desiderio fugato & capto; (2) *Transactione*, 18. primò cum Irene Imperatrice, & Nicephoro, & postea cum Leone Imperatoribus Orientis hujus tenoris inità, ut alter esset Orientis, alter verò Occidentis Imperator. Unde *Gotfridus Vuerbiensis in Chron. Part. 17.* de illa transactione ita canit:

*Græcia transegit, placuit transactio Regi,  
Consensu Græci, Carolus sibi culmen adegit;  
Legibus obtinuit, quod quasi prada fuit.  
More suo Fratres sunt tali fœdere facti,  
Ut simul Imperium teneant, ac pace coacti  
Roma Vetus Nostris, sed Nova cœsit Eis.*

(3) Accessit acclamatio Populi Rom. à quo Advocatus S. Petri, Patricius & Imperator Romanus est salutatus. *vid. Flacius Illyricus von Ankunft des Röm. Reichs an die Deutschen. Arum. in Disc. 3. Vol. 1. Jur. Publ. Littm. de Jur. Publ. lib. 4. cap. 3. num. 2.*

§. 5. Ex quo etiam haud obscure argumentum ducere licebit: *Quare non alius quàm Germanus in Imperatorem seu Regem Romanorum possit eligi?* Aliter enim si fieret, facile Natio Germanica dignitate Imperatoriâ exueretur, cum tamen Jura dictæ Nationis inconcussa se servaturum in Capitul. Rex Romanorum promittat. Dum enim Nationem Germanicam in Jure suo, adeoque in dignitate Imperatoriâ non turbare, sed eam factam testamque conservare, imò & contra turbatores defendere promittit; eo ipso etiam vult: *Ne alius, quàm Germanus, eligatur.* Unde quicquid sit de Lege illâ Ottonis III. quam Huldericus Mutius in lib. 14. de Germaniâ Ottonem tulisse refert: *Vt soli scilicet Germani eligant, & non eligant, alium, quàm Germanis Parentibus natum.* De quâ & C testatus

testatur Franciscus Irenicus in *Exegeti Germania lib. 3. cap. 33.*  
& Spangenberg, in *Chron. Saxon. cap. 154.* de quo pluribus dictum supra ad *Proem, Capitul. cap. 4. §. 3. & 4.* Quam nonnulli, utur invitâ fere Historia, in dubium vocare amant; in  
22, textu tamen nostro Legem habemus, ubi de isto puncto, si non explicitè tamen implicitè est cautum.

- §. 6. Porò & II. præcavetur turbatio Jurium *Sacri*  
23, *Romani Imperii* in Articulo nostro, ibi: *Sollen und wollen Wir das Heilige Römische Reich bey Seinen Hoheiten/ Gests und Wetzlichen Würden/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt verbleiben lassen &c.* Per *Sacrum Romanum Imperium* intelligitur *Respublica Romano Germanica*, quæ Romanum Imperium dicitur, propterea (1) quod decus gloriæ Regni seu Imperii ab Augusto Cæsare partum, ad Successores transmittatur; Unde si Romanum Imperium antiquum illam habuit Gloriam & Nomen, transmissum id meritò est ad posteros, cum moderni Imperatores sint successores antiquorum; Ut non immerito Justinianus & Carolus M. Imperatores à Maximiliano I. & Friderico III. vocentur *Antecessores Ipsorum, Ihre Vorfahren am Reich/ in Constit. Maxim. I. de Anno 1495. Von den Gotteslästern in pr. Verf. Demnach zu mehrer. & in Reform. Friderici III. de Anno 1442. §. 9. Tit. Von heimlichen Gerichte.* (2) quod Romanum seu quartum  
24, Imperium sit duraturum ad finem usque seculi *Daniel. 2. v. 34. seqq.* Unde juxta Analogiam Historicam aliud esse nequit, quàm Imperium Romano Germanicum. Si enim apud Germanos non est, nullibi erit, inquit Befeld, in *Th. Pr. ad vob. Römisch Käyserthum / quemadmodum & Statuam Daniclis per singulas corporis partes egregiè & lepidè applicat Elias Reusnerus in Hagoge Histor. pag. 178. & ex eo Otto de Jur. Publ. cap. 1.* Quod si ergò (3) Imperium Romanum in aliquâ  
25, Eius parte, quæ olim Romano Imperio subsuit, quemadmodum

dum

dum de Germaniâ Cis Rhenanâ, aliisque Ejusdem Provinciis constat, adhuc subsistit, nec nomen amisisse, sed potius ibi esse censendum est, ubi titulus & dignitas remansit, sicuti, nec fluvius, qui rivus sit, exemplo Rheni, nomen amittit. l. 1. §. 2. ff. de Flumin. — Fuit enim Germaniæ pars, insignis provinciæ Imperii Romani, & Germani fuere Cives Imperii Romani. Accedit (4.) quod Imperatoribus etiam Germanicis v. gr. <sup>28</sup> *Carolo & Ottoni M.* Ipsorumque Successoribus in urbem Romanam sit quaesitum Imperium saltem directum, quo licet etiam postea excidissent, vel etiam extincta esset ipsa Roma, non tamen desinereut esse Imperatores Romani, cum ubi Imperator, ibi Roma, unde & Constantinopolis dicta fuit nova Roma. l. 5. C. de Oper. Publ. l. 6. C. de Sacros. Eccl. l. ult. C. In quib. C. pign. <sup>29</sup> Et (5.) quod Imperium Romano-Germanicum possessione vel quasi hujus elogii gaudeant, ita ut etiam Reges Christianissimi Imperatores Nostros appellatione Romanorum Imperatorum honestarint, & adhuc honestent, nec diffidente *David Blondello Gallo*, acerrimo quamvis hujus Elogii Impugnatore, in *Prefat. Apolog. Assert. Geneal. Franc. Tritern. XXXI. 3. b. seqq. vid. Conring. de German. Imp. Rom. & de Finib. Imperii cap. 9. & 10.* Sacrum verò dicitur Imperium Romanum <sup>30</sup> non *Stylo Oratorio*, uti quævis Regna & Imperia ex Characterè Divinæ Majestatis aliquid, inprimis verò summam potestatem trahunt, & propterea sunt Sacrosancta; Sed *Civili*, pro ut vel proprium est Imperio & Imperatori, ita ut *Imperiale* & <sup>31</sup> *Sacrum* ferè sint Synonyma; Unde legimus passim in Jure Civili Romano, *Sacrum Palatium, Sacra Vestigia, Sacras largitiones, Sacra scrinia, Sacrum Stabulum, Sacras Domus, Sacratissimas Leges, Numen Imperatorum, Numen Regale &c.* Vel quia hoc Imperium *Sanctum Sanctorum*, uti loquitur *Bœcler. in Dissert. Sacrum Rom. Imperium*; Id est, Christum nascentem complexu suo fovit; vel quia Imperator per *Aur. B. Tit. 2.* totius populi Christiani temporale Caput, Defensorque &

Advocatus Ecclesie Universalis æque ac Particularis eligitur  
*Artic. 1. Capitul. adeoque Jure Passagiorum* gaudet, prout ad  
*Artic. 1. Cap. 3.* probavimus; Vel denique, quia vindicare sibi  
 voluit Imperium solennitate Elogii sanctitatem illam, quam  
 Deus à se secundam eidem consecravit, *vid. Boecler. in Dissert.*  
*de Sacr. Rom. Imper. per tot.*

§. 7. Hoc etiam ad explicationem textus nostri præ-  
 3. terminandum non est, quod sicuti ex hæcenus dictis patet,  
 diversa sint, Natio Germanica, & Sacrum Romanum Imperi-  
 um, quemadmodum & ut diversa in textu ponuntur his ver-  
 bis: *Wir sollen und wollen die Teutsche Nation, das Heilige*  
*Römische Reich/ und die Chur-Fürsten/ ic.* Quamvis alibi con-  
 33. jungantur, & frequenter occurrat, *das Heilige Römische Reich*  
*Teutscher Nation*: Quo ipso intelligitur Imperium Romanum,  
 34. quatenus residet in Natione Teutonicâ, non tantum ipsius  
 Imperii respectu, quod apud Germanos, tam ratione Personæ  
 Imperantis, quam etiam maximam partem ratione administra-  
 tionis subsistit; Sed etiam ratione terrarum Germanicarum,  
 ita ut excludantur Terræ Italicæ, uti ita capitur *infra Art. 16. Ca-*  
*pitul. Josephi.* ubi cavetur: *Ne Rex Romanorum Comitia indicat*  
*extra Imperium Nationis Teutonicæ*; Quemadmodum olim  
 Imperium Romanum divisum fuit à Germanis in duo Regna,  
 in Germanicum nempe & Italicum, uti observat Speidel, in  
*Notabil. sub voce Reich*; Et Germanicum subdivisum in Teu-  
 tonicum, Gallicum & Slavicum, in *das Teutsche / Wallische*  
*und Windische oder Slavische Reich* / prout notat *Goldast.*  
 in der Vorrede über die Reichs-Satzungen.

§. 8. Ad Jura Imperii communia quæ huc pertinent,  
 35. (*Particularia* enim suis quæque locis, quemadmodum & quæ-  
 dam communia hinc inde tanguntur, infra tractabimus) re-  
 ferri possunt I. *Jura Finium Imperii*; Quo spectat (1) Jus Fi-

biwand



titum amissorum aut mutatorum; (2) Jus Finium recuperando-  
 rum; (3) Jus Finium conservandorum, & denique (4) Jus Fi-  
 nium dilatandorum. Ubi amplissimus quidem discurrendi  
 campus de Terris Imperii avulsis, deque variis ab Earundem  
 Derentatoribus præteritis Titulis, acquisitione scilicet bellicâ,  
 derelictarum occupatione, præscriptione, venditione, alienatione  
 per transactionem, donatione &c. De Consultationibus super  
 illo negotio institutis instituendisve, de mediis, de eventus, de  
 impedimentis, horumque causis, se se offerret; Sed quia prolixè  
 in Annotatis Nostris ad Bœcler. *Notitiam Imper. Lib. 2. cap. 2.*  
*3. & 4.* hæc de re diximus, & *infra ad Artic. 12. hujus Capituli.*  
 de eâ dicendi specialiter datur occasio, quippe quò hæc ma-  
 teria de Finibus Imperii Romani propriè spectat, cum hoc in  
 loco non nisi generaliter & implicitè de eâ agatur; Hinc ul-  
 teriorem hujus materiæ tractationem ad illum Articulum dif-  
 ferimus; Interea B. L. ad Conringii *Tractatum de Finibus*  
*Imperii: Bœcler. Notitiam Imper. Lib. 2. cap. 2. 3. & 4. & No-*  
*stras in Eum Notas, remittentes.*

§. 9. Porro & II. ad Jura Imperii communia referen-  
 dum *Jus X. Circulorum Imperii*; Variè dividitur quidem Im-  
 perium Romanum; Sic vulgaris est divisio (1) in *Quaternio-*  
*nes*; Quæ licet non omninò cum quibusdam pro otiosi ho-  
 minis figmento habenda, ita ut nulla omninò *Robertica* eidem  
 adscribenda, cum Comites Imperii Schvvarzburgici hodierni  
 Inscriptione *der IV. Grafen des Reichs* urantur; aded ut etiam  
 Guntherus, Comes Schvvarzburgicus ab ipso Imperatore &  
 Statibus Imperii in *R. 7. Erfordiensis de Anno 1567. §. Darauff*  
*Wir 1.* ita sit salutat; ut taceam variis in Imperii Reces-  
 sibus Eos illo Titulo in subscriptionibus esse usos, quemadmo-  
 dum ex *R. 7. de Anno 1570. 1576. 1582. 1594. 1598. 1603. 1641.*  
 videre licet; Sic Elector Saxonix gloriofissimus Johannes  
 Fridericus apud Hortleder. *de causis Belli German. cap. 9. n. 108.*

alle.

asserit: Dafs der Burg-Gräf zu Magdeburg der IV. Burg-Gräfen des Reichs einer sey. Et Episcopus Monasteriensis in Comitibus Ratisbonensibus Anno 1553. celebratis, Imperatori Ferdinando III. Memoriale exhibuit, in quo Burggravios Stromburgenses inter IV. Imperii Burggravios primos fuisse commemorat. vid. Dn. Eyben *pia memoria* in *Tract. de Titulo Nobilis. num. 32. seqq. pag. 47. seqq.* Add. Dn. Fritschius *Tom. 7. Exercit. Jur. Publ. 14.* Schema tamen Goldasti maximam partem fabulosum est; vel etiam tota divisio nullam præbet utilitatem, nisi quod fortè distinctio quædam familiarum Imperii ita magis indigetur. Porrò neque hîc prolixâ consideratione opus habet, quando Imperium Romanum dicitur Corpus in *R. 7. de Anno 1512. in fin. pr. ibi: Als ein Christlich Corpus und Versammlung*; quod (2) dividitur in *Caput atque Membra, per Art. 2. Capit. 908. ibi: Ein immerwehrendes Band zwischen Haupt und Gliedern / addatur Aur. Bull. Tit. 2. §. 2. ibi: temporale Caput populo Christiano. idest, Regem Romanorum. R. 7. de Anno 1541. in pr. ibi: Chur-Fürsten / Fürsten und gemeiner Stände / als Unsere eingeleibte Glieder*; cum hæc divisio sit potius *Oratoria* quam *realis*; Ita ut imprimis (3) consideranda veniat Divisio Imperii in decem Circulos.

§. 10. Instituit verò Circulos occasione *Regimenti Imperii*, quod erat *Consilium 20. personarum*, quibus *totius Imperii Cura & gubernatio* injuncta, quodque totum Imperium representare debebat, laudatissimus Imperator Maximilianus I. uti probatur *per Ord. Reg. de Anno 1500. Tit. Wie 20. Personen in das Regiment genommen s. fin.* Et *per Ord. Cam. Constantiensem de Anno 1507 fol. 70. Tit. Wenn das Cammer-Gericht angehen soll.* Et quidem *primò Anno 1500. Augustæ sex scilicet (1) Franconicum, (2) Bavaricum, (3) Svecicum, (4) Rhenanum, (5) Westphalicum, (6) Saxonicum*, vid. *Ordnung des Regiments zu Aug:*

Augsburg de Anno 1500. §. Wie sechs Ráth aus der Ritterschafft. Quibus postea, eodem Imperatore Autore, accessere quatuor, nimirum (7) Austriacus, (8) Burgundicus, (9) Quatuor Electorum, & (10) Saxonicus Superior juxta Rec. Imp. de Anno 1512. §. Darauff haben Wir 11. seqq. Et utilissimo quidem instituto, dum magnitudo tanti corporis postulabat partitionem, uti rectè observat Bœclerus in Notit. Imp. Libr. 3. cap. 1. num. 2. Quod licet in thesi displiceat Dn. Schvveder. in Part. Gen. cap. 5. th. 1. verissimum tamen est, cum omnium seculorum Gentiumque mos ejusmodi partitionem approbet, & utilitas ejusdem in militiâ & exercitiis benè dirigendis manifesta omninò sit, Distinguendum enim inter divisionem corporis omnimodam, & ubi partes divise compage & vinculo continentur. Hæc tantum abest, ut sit noxia, ut sine ipsâ vastum Corpus planè subsistere non possit, sed loco Ordinis in Republicâ oriatur confusio; Hinc Ordo & Pacis & Belli tempore pro administrandâ justitiâ, ejusque faciendâ Executione pro colligendis Imperii collectis, pro cogendis copiis, coercendoque apparatu bellico necessarius ejusmodi partitionem requirebat.

§. II. Pro Circularum illorum bono Regimine, de- fensione & conservatione constituta Legibus Imperii, certa sunt Officia; Scilicet Directores (1) Circuli; Qui in Recessibus Imperii vocantur Eráiß: Ausschreibende Fürsten. R. I. de Anno 1506. §. Demnach 131. & §. Und sollen 165. quorum olim tantum unus in quolibet Circulo erat constitutus, quemadmodum ex Rec. Imper. Spir. de Anno 1544. & Augustano de Anno 1551. constat; Postea verò duo in plerisque Circulis, Princeps scilicet Ecclesiasticus & secularis sunt constituti. vid. Ferdin. I. Mánk: Ordnung zu Augsburg de Anno 1559. §. Wir wollen 159. (2) Dux Circuli Ein Eráiß: Oberster; Qui à Directore Circuli differt. Ille enim à Statibus Circuli eligitur; Hic vero est per-

- petuus; Ille singulari juramento est obligatus Circulo, non verò Hic; Illius officium vel cum personâ veletiam aliam ob causam extinguitur; Hujus verò in Successorem transmittitur.
- 46 *vid. Speidel. in Notab. voce Kreis.* (3) Sunt *Adjuncti*, quorum unus dicitur *der Nachgeordnete* Cujus partes sunt: Ut si Dux Officium negligat, vel etiam impediatur, ille Eiusdem vicibus fungatur, & quasi sit Vicarius Ducis; Reliqui verò dicuntur *Zugeordnete*. Possunt vero esse *Adjuncti* quilibet Status Circuli, sive sint Electores, Principes, Prælati, Comites, Barones seu Civitates, hoc tamen cum discrimine, ut Electores & Principes nullum habeant Salarium; reliqui verò ex Suorum Contributionibus id accipiant. *vid. R. I. de Anno 1555. §. Und auff dem Fall.* Et numerantur in quovis Circulo 8. 7. 6. vel 5. vel etiam 4. numero, non vero infra hos regulariter inveniuntur. *vid. Limn. Tom. 1. Addit. ad Libr. 1. c. 7. pag. 54.* (4)
- 47 Etiam mentio facienda *Receptorum Circularium*, seu Præfectorum *Erarii Circularium*, *der Kreis-Einnehmer* / quorum in singulis Sex sunt ordinati, *Primus* pro Electoribus & Principibus Ecclesiasticis; *Secundus* Pro Electoribus & Principibus Secularibus; *Tertius* pro Prælatis; *Quartus* pro Comitibus & Baronibus; *Quintus* pro Nobilitate immediatâ; Et *Sextus* pro Civitatibus Imperii; Qui à Receptoribus Singulorum Principum & Statuum *Circularium Collectas* in commune Circuli *erarium* In die *gemeine Kreis-Truhnen* recipiunt, custodiunt, & ad auxilia Circularia, vel alias impensas necessarias juxta Conclufa Imperii, formulamque Juramenti, quo Circulo sunt obligati, expendunt, prout hæc & alia plura prolixè sunt ordinata & præscripta in *R. 7. Spir. de Anno 1542. §. Wo aber 95.*
- 48 *seqq.* A quibus distinguuntur (1) *Receptores Principum & Statuum Circularium majores*. *Die Gemeine und Ober-Einnehmer* / qui *Collectas* Receptoribus Circularibus tradunt, de quibus in *dict. Rec. Imp. Spir. de Anno 1542. §. Damit nun 74.*
- seqq.*

seqq. Et (2) *Receptores minores die Untere Einnehmer* / qui Collectas dictas majoribus solvunt, de quibus in *d. Rec. Spirens. de Anno 1542. §. Und nach dem 77. seqq.* (5) *Nec Zygotata*, uti vocantur in *L. 2. C. de Ponderator.* seu, uti dicuntur, *Guardinè Circularum*, *Gräffs Müng* / *Guardin*, cum his, qui ad rem monetariam, camque in rectitudine suâ conservandam ex Circulis deputari solent, pratermittendi, de quibus *infra ad Art. 32.*

§. 12. De Mutationibus, augmento atque decremento, de Exemptionibus variis, Reformatione item & Redintegratione Circularum plura quoque hîc dici possent; Sed quia *infra in Art. 32.* alibi que, materie illæ specialiter tanguntur & tractantur, hîc de illis agere superfedemus, eas suis quasque locis reservantes, hîc summo digito eas indicasse contenti. *vid. interim Limnæus in Tom. 1. Addit. ad Lib. 1. cap. 7. num. 26. pag. 41. seqq. & in primis Becl. in Notis. Imper. Lib. 3. cap. 2. & 3. cum Annot. ibid. Nostris.*

§. 13. Ulterius & III. ad Jura communia Imperii referimus *Matriculam Imperii*, seu *Catalogum Civitum immediatarum Imperii*, in quo, quid cuique, cum res & Lex Imperii postulat, & ad quem Circulum pendendum sit, est designatum. Variæ quidem recententur, sed illa est novissima, quæ Anno 1521. communi Statuum Imperii consensu est confecta, quæ hæcenus in decisionibus, salvâ tamen moderatione attendenda, per *R. J. de Anno 1526. §. Wann auch zu Franckfurt 90. ibi: Die Matricul im Jahr der mindern Zahl Zwanzig ein für unser und des Heiligen Reichs gerecht und gewisse Matricul zuhalten 26. & porro: Das derselben Matricul im Votiren und Erkennen zu folgen 26. Quod repetitur in R. J. de Anno 1522. §. Wann auch 64. & R. J. de Anno 1504. §. Wann auch bey voriger 120. Neque*

*in verbis: Bey denselben Anschlägen zu lassen / was und so viel*

D

daron!


daran/ durch die vorige im Jahr 45. 57. 67. 71. und 77. gewesene  
 Moderation (doch den interponirten Appellationibus ohne  
 Nachtheil/) oder durch nachstünfftige Moderatoren oder De-  
 putirte nicht geändert würde/ darnach dann dieselbe erste Matricul  
 ergänzt. und richtig gemacht werden soll. R. 7. de Anno 1594. So  
 Wann auch bey voriger. 120. Quemadmodum & in eâ obser-  
 vati defectus sunt non uni, & exinde propterea nata Statuum  
 querelæ, prout observat Illustris quondam Camera Imperialis  
 Assessor Mauritius in Dissert. de Matric. Imperii th. 38. cum ibi  
 53. alleg. Unde etiam renovatio & Emendatio Matriculæ est ferè  
 perpetuum Comitiale argumentum, de quo & infr. art. 12. & 16.  
 ulterius dicendi dabitur occasio. Præter alios exhibet matri-  
 54. culam de Anno 1521. & prout Anno 1545. 51. 57. & 67. VVor-  
 matia; Anno verò 1571. & 77. Francosurii moderata est, Illustris  
 Dn. ab Andler in Corpore Constis. Imperial. fol. 825. seqq. Quem-  
 admodum & illam, cujus in Conventu Osnabrugensi & Mo-  
 nasteriensi, ut & postea Noribergæ & in Comitibus Anno 1053.  
 habita fuit ratio, edidit Gastelius de Statu Europa cap. 7. n. 67.  
 55. pag. 352. seq. Ipsam verò Repartitionem Noribergensem tam  
 ratione Satisfactionis Svecicæ quàm Austriacæ & Bavaricæ, ex-  
 hibet laudatus Dn. ab Andler d. l. pag. 377. Memorat etiam a-  
 liquam Kippingius, quæ Anno 1654. Ratisbonæ conscripta,  
 in Methodo Nova Juris Publ. quæ verò omnes auctoritatem  
 Legalem nondum sunt nata; ita ut hodiernum illa, quæ An-  
 no 1521. prodit, pro norma sit habenda, ex quâ sequentium  
 emendatio sit fundanda, & qui eam pro se habet, præsumtio-  
 nem pro se habere dicitur, onusque probandi in adversarium  
 57. rejicit. Verbo adhuc illud notandum; quod occasione ma-  
 triculæ Autor aliquis, Sebastian Wilmers dictus, Anno 1697.  
 ediderit Tractatum, quem inscribit die Grund. Seule der Si-  
 cherheit des Römischen Reich/ erbauet aus der Reichs-Matricul,  
 in quo in quibusdam non improbabiliter monstrat, quomodo

ad convocationem simplicem exercitus 75849. virorum  
in Germaniâ cogi, & illic urgente necessitate, ad 417169.  
usque hominum augeri queat; quo ipso potentiam Imperii  
Romano-Germanici demonstrare intendit *vid. Pars V. dicti  
Tract. Von der Macht des Teutschen Reichs.*

§. 14. Similiter IV. Ad Jura Imperii communia re-  
ferendum est *Jus Archivi.* Archivum est *locus in quo scripta* 57.  
*re Monumenta & Acta Publica Principis vel Civitatis reponi &*  
*asservari solent.* Dicitur in Jure Romano Archivum seu  
Grammatophylacium in *l. Moris §. 5 ff. de Pœn. & l. 20. in f.*  
*C. de Episcop. Aud.* Græcè *Ἀρχεῖον*, & qui ipsi præpositus est  
Custos, *Archeota* in *L. Munerum 18 §. 20. de Mun. & Hon.* Di-  
citur & *Archivarius, Registrator &c.* Archivum commune 58.  
Imperii distinguitur in Archivum Imperatoris & Imperii; illud  
est, quod Imperator in aulâ suâ habet; cui etiam ipse solus ex  
suâ potestate & autoritate Cancellarium præficit. Archivum  
verò Imperii est, in quo asservantur Leges & Ordinationes  
Reipubl. Matricula, Foedera, Legationes, Pacta & alia Acta &  
Documenta Imperii Publica. Et iterum duplex est, *Alterum* 59.  
quod continet Acta Publica Imperii, quæ in Comitibus, Depu-  
tationibus &c. tractantur, *Alterum* quod comprehendit Acta  
Judiciorum Publicorum, Judicii scilicet Cæsareo-Aulici &  
Cameræ Imperialis; Utriusque Archivi Imperii Archivarius  
est Elector Moguntinus, tanquam Archi-Cancellarius Imperii,  
illudque in Aulâ suâ habet; Hoc verò partim Viennæ partim  
in Judicio Camerali habetur, *vid. Arum. de Comit. cap. 8. num.* 60  
*65. seqq. & Boecler. in Notit. Imper. lib. 3. cap. 4. in Append. ubi*  
etiam habet, quod in hoc Archivo etiam asservantur Res &  
Chartæ, quæ Italiâ spectant, ex ratione quod tangunt Germani-  
am, sive res Germanica, sive Italica ad eam spectet, adeoque  
& ad Archi-Cancellariū Germaniæ pertinere dicat. De I ff. An  
qui in primis in probatione consistit, & instar testimonii publici, 61.

ubi multitudo testium semper praesens est, se habet, plura vid. apud Klock, de Contrib. cap. 19. Kniptchild. de Civit. Imper. lib. 2. cap. 12. Myler. de Princip. & Stat. Imper. cap. 47. & Nostr. Annot. ad Baerl. d. l.

- §. 15. Spectat quoque ad Jus Imperii commune V. Jus Comitiorum, mediante quo Status Imperii in Consortium Imperii sunt asciti, adeoque eatenus de summa rerum participant, quod sane maximum est, & consequenter diligentissime pertractandum foret. Et VI. Jus circa Judicium Camera Imperialis Augustissimum. Jus item VII. circa Bellum & Pacem, & aliaque Jura Comitiorum; Sed quia de singulis singuli ferè Articuli sunt concepti; hic de iis agere supervacaneum & incongruum ducimus; Hinc suis quæque locis reservabimus.



## CAP. III.

DE JVRE ET OFFICIO REGIS  
ROMANORVM CIRCA  
IVRA ELECTORVM ET STATVVM  
IMPERII IN GENERE.

- |   |   |
|---|---|
| <p>I. Status Imperii recensentur summam. 1.<br/>Prælatorum nomen in prioribus Capitul. ommissum. 2.<br/>Etyologia vocis Status. 3.<br/>Quomodo Tropice Ordines Imperii sint Status? 4.<br/>Alii à Stando vel à statuendo deducunt. 5.<br/>Quid de eo sentiendum? 6.</p> | <p>II. Status sunt qui Sessionem &amp; votum in Comitibus habent. 7.<br/>Probatum (1) per Rec. Imp. 8.<br/>(2) per Instr. Pac. 9.<br/>(3) per rationes 10. &amp; 11.<br/>Naturalia quæ sint Status Imperii? 12.<br/>Quomodo Status Imperii dicantur, qui Sessionem &amp; Votum adu nondum habent. 13.</p> |
|---|---|

III. Prin-



- III. Principes creat Imperator. 14.  
 (1) per Capitulas. 15.  
 (2) Ex Confessione Statuum. 16.  
 (3) Imò & ad Comiticia admittit. 17.  
 (1) Cum Consensu Statuum. 18.  
 (2) Cum Consensu Collegii in quod recipiendus. 19.  
 (3) Ut Feuda Regalia immodicè possideat. 20.  
 IV. Cavetur I. Juri Statuum: Ne quis Voto excludatur. 21.  
 Ratio prima. 22. 23. 24.  
 Ratio secunda. 25.  
 V. Cavetur II. inde de omnibus Juri-  
 bus Comitiorum. 26.  
 quod etiam probatur. 27.  
 Recensentur varia Statuum Imperii Jura communicata. 28.  
 VI. Dividuntur Status Imperii in Ecclesiasticos & Seculares. 29.  
 Sacri Ordinis Viri etiam apud Veteres Germanos interfuerunt Comitibus. 30.  
 Etiam tempore Francici Imperii. 31.  
 Et Ottonum. 32.  
 Olim tantum Principes & Illustris nanciscebantur dignitatem Episcopalem. 33.  
 Hinc parem eum Principibus secularibus dignitatem sancti nabi Episcopi. 34.

- Diviso Statuum Ecclesiasticorum. 35.  
 Cavetur III. de Dignitatibus Ecclesiasticis atque Politicis. 36.  
 VII. Cavetur IV. de Jure Territoriali. 38. & 39.  
 Recensentur quadam Jura Territorialia. 40.  
 VIII. Cavetur V. de Juribus per Privilegia concessis. 41.  
 Quare Status Imperii non habent omnia Regalia? 42.  
 Que Regalia non competunt Statibus ex Jure territoriali. 43.  
 Hinc speciali ibi titulo opus est. 44.  
 IX. Cavetur VI. de Oppignorationibus Imperialibus. 45.  
 Non intelliguntur Bona Statibus Imperii invicem oppignorata. 46.  
 Sed oppignorationes Imperiales. 47.  
 An distinguendum hic inter confirmare & reluere pignus? 48.  
 Cautio illa de pignorationibus, est intelligenda eum effectu. 49.  
 Confirmatur ex Instrumento Pacis. 50.  
 Ratio, cur relictionis jus possit tolli vel restringi? 51.

## §. 1.

- Porro Jus & officium Regis Romanorum se exerit III. circa
1. *Jura Statuum Imperii*, Electorum scilicet, Principum, Prælatorum, Comitum, Baronum & Civitatum Imperii; quorum singularim in omnibus Capitulationibus fit mentio; nisi quod
  2. *Prælatorum* nomen Capitulationi Leopoldi primâ vice sit inferitum. Uti enim per vocem *Seatibz* denotatur *Respublica*
  3. seu *Consistentia* illa, quâ consistit & stat; quemadmodum vocem *Status Rei Romanae* in §. fin. 7. de *Just. & 7. & in l. 1. §. 2. ff. eod.* ita capimus; sicuti benè explicat, celeberrimus olim hujus Academiæ Cancellarius, *Justus Sinold* cognomento *Schutz*. in *Cok. Jur. Publ. Disput. 1. eb. 3. lit. B.* Ita etiam per *Metonymiam Signi*, Electores, Principes aliique Imperii Ordines, dum in negotiis Imperii quamplurimis suffragii jure gaudent & Consistentiam illam correpræsentant, Remque publicam Romano-Germanicam unâ cum Imperatore suffulciunt stabiliuntque, Status Imperii Romani sunt & dicuntur; quamvis non sint ignotæ aliorum derivationes, qui vocem *Status* vel à potestate *Standi* in Comitibus vel à *Statuendo* derivent; quarum verò illa viliior est, quàm ut Statibus Imperii, in Consortium quasi regiminis ascitis, applicari queat; Huic verò Grammatica omnino reclamet.
  7. §. 2. Sunt verò *Status Romani Imperii Illi Imperii Romani Civēs*, qui *vorum & Sessionem* in Comitibus habent. Id
  8. quod probatur (1) ex *R. 7. de Anno 1548. §.* Wann auch ein Ausgezogener so ibi: dem ausziehenden Stand ohne Mittel unferworfen / nicht Stimmi und Stand in Reichs-Versammlungen / auch keine Lehen im Reich hätte / add. *R. 7. de Anno 1570. §.* Nach dem auch 163. ubi Statibus Imperii etiam Jus Sessionis & suffragii in Comitibus competere dicitur ibi: Das  
mie

mit dann denselben Ihre gefährliche Session und Stimm  
 im Reichs-Tag eingegeben. Ut & R. 7. de Anno 1576. in fin.  
 pr. ibi: Die Stände zu keiner unnötigen Reichs-Versammlung  
 zu bemühen. (2) per Instrum. Pac. Art. 8. § 1. & 2. ibi: Omnes  
 & singuli Electores, Principes & Status Imperii; Gaudeant sine  
 contradictione jure suffragii in omnibus deliberationibus super ne-  
 gotiis Imperii. (3) quia exinde est, quod in Consortium Imperii,<sup>10.</sup>  
 sint asciti, quod de summâ rerum participant, quod Majesta-  
 te, quæ dicitur, analogâ gaudeant; seu Republicam Roma-  
 no-Germanicam, ejusque Statum & Consistentiam correprä-  
 sentent; Adeoque (4) Sessio & suffragium in Comitibus & con-<sup>11.</sup>  
 ventibus Imperii, cumque Imperatore & cæteris Imperii Or-  
 dinibus de utilitate & necessitate Imperii decernere, ipsum Esse  
 Statum tribuit, cum reliqua, Statuum signa, qualia sunt: Ma.<sup>12.</sup>  
 rricula Imperii esse inscriptum; Vocari ad Comitibus; vel ad Con-  
 ventus Circulares; Habere Feuda dignitatis & Regalia ab Impe-  
 ratore & Imperio immediatè; Collectas ad Ararium Imperii  
 immediatè solvere; Coram Austregis conveniri; In Camera Im-  
 periali, vel Judio Casareo Aulico primam habere Instantiam; A  
 Cujus sententiis Appellationes ad Cameram devolvuntur; Tuto-  
 res in Camerâ Confirmatos habere; veniam ætatis ab ipso Casare  
 obtinuisse; sublimi Territorii jure gaudere. &c. de quibus vid.  
 Speidel, in Notab. ad voc. Reichs-Stände add. Myler. de Princ.  
 & Stat. Imp. cap. 11. & cap. 103. num. 5. seqq. ad Naturalia qui-  
 dem Status Imperii, non verò ad Essentialia spectent, vel pro  
 charactere Essentiali constitutivo haberi queant, quamvis Sta-  
 tum aliquem esse regulariter & præsumptivè probent, vel et.<sup>13.</sup>  
 iam ex essentiâ Status necessariò fluant. Nec obstat (5) quod  
 Status Imperii dicantur interdum, qui nõndum Sessionem &  
 Votum in Comitibus habent R. 7. de Anno 1570. §. Nach dem  
 auch 103. ibi: Ertliche Reichs-Stände / so noch zur Zeit zu keiner  
 Ses-

Sessio kommen. Cum distinguendum sit inter *actum primum* & *Secundum*, cum illo modo qui habent, verè habeant *arg. l. Possideri 3. §. 13. seqq. ff. de Adq. poss.* cum possint habere, quandocunque velint. Unde qui per Cæsarem Consensu Statuum Imperii pro Statibus Imperii sunt declarati, tales reverè sunt, licet fortè propter aliquod impedimentum ad Sessionem & Votum nõndum sint introducti. *R. 7. de Anno 1641. §. Und demnach 97.*

14. §. 3. Constituantur verò Principes & alii Imperii Præcæres à Majestate Cæsareâ, tanquam Summo Principe, cum quæ ad dignitatem spectant, sint potestatis & Juris Cæsarei
15. (1) per *Capit. Josephi infra Artic. 43. ibi: Bey Collation der*
16. *rer Dignitäten dahin sehen etc.* Unde etiam (2) Status Evangelici in *Gravam. Politicis* apud Londorp. *Tom. V. Libr. 2. cap. 115. num. 9. in pr. Actor. Publ.* ita dicunt: Wie wohl man sich auch gnugsam erinnern / daß die Potestas oder Regale conferendi dignitates, Kaysertlicher Majestät allein zustehet / und ein annexum
17. *Derø Kaysertlichen Hoheit und Majestät ist: Imd & (3) Cæsar* Eos ad Votum & Sessionem in Comitibus admittere dicitur in *R. 7. de Anno 1641. §. Und demnach 99. ibi: Und demnach WJK* die Hochgebohrne Unsere und des Heiligen Reichs Fürsten und liebe Getreue zur Session und Stimm im Reichs Fürsteno Rath admittire und zugelassen; *Requiritur* tamen ut ultimum hoc fiat (1) *Cum Consensu Electorum & Statuum Imperii* per *d. Rec. Imper. de Anno 1641. §. 97. ibi: Im Reichs Fürsten Rath* admittire und zugelassen / *Chur Fürsten und Stände* auch in diese Unsere Admission gewilliget; *R. 7. de Anno 1654 §. Über dieses 197. in fin. ibi: Ohne der Chur Fürsten und Stände Vorwissen* und Consens keiner zur Session und Stimm im Fürsteno Rath zugelassen werden. Et (2) *Cum Consensu illius Collegii*, in quod noviter creatus vel alius de novo est introducendus; *Capitul. Leopoldi artic. 44. Josephi artic. 43. in fin. ibi: Nies*
- mand

mand von den neu-erhöheten Fürsten / Grafen und Herren dem Fürstlichen Collegio, es sey gleich auff Selbiger oder der Grafen Bäncken / ad Sessionem & Votum wider denselben Willen auffdringen. *Et porro*: Über solches / neben dem Chur-Fürstlichen auch dasjenige Collegium oder Banck darinnen sic auffgenommen werden sollen / vorhero gnugsam gehört worden. Quod etiam *Conceptui Capitul. Perpetuae art. 1.* insertum. Et (3) ut Feuda Regalia immediatè possideat & propterea matri-  
 cula sit obligatus, per *Capitul. Leopoldi art. 44.* & *Josephi art. 43 in fin.* ibi: Sie haben sich dann darzu mit Fürst-mässigen und Gräfflichen Reichs-Güthern vorhero gnugsam qualificirt / und zu einer Stands-würdigen Steuer in einen gewissen Craiß eingelassen und verbunden. Et *uti in Conceptu Capitular. Perpetuae habetur art. 1.* Sie haben sich dann vorhero mit einem Immediat-Fürstenthum / respectivè Graf oder Herrschafft / gnugsam qualificirt / und mit einem Stands-würdigen Reichs-Anschlag in einen gewissen Craiß eingelassen und verbunden. *add. R. 7. de Anno 1548. S. Wiewohl auch 66 & 7. Nachdem auch 75. R. 7. de Anno 1654. S. Über dieses 197.*

S. 4. Hinc ergò *Juri Statuum Imperii Generali I. circa Sessionem & Votum in Comitibus* cavetur in Textu & quidem nominatim & expresse: *Ne Statum Imperii sine previo Consilio & Consensu reliquorum Statuum Imperii, à Sessione & Voto in Comitibus neque suspendat, neque excludat.* his verbis: Ohne der Chur Fürsten / Fürsten und Stände vorhergehende Einrath und Bewilligung keinen Reichs-Stand / der Sessionem und Votum in denen Reichs-Collegiis hürgebrachte hat / davon suspendiren oder ausschliessen. Quod primitus Capitulationi Leopoldinae est insertum, ex *Monitis Statuum Imperii Anno 1658. Electori Moguntino ad Capitulationem futuram exhibitis, apud Autorem der Grund-Feste des Heiligen Römischen Reichs Part. 3 cap 3 pag. 217.* arque etiam in *Conceptu Capitul. Perpetuae art. 1.* retentum,  
 E  
 cique

- eique expressio sequens præmissa, *per verba*: Auch allen und jeden Ständen des Reichs Ihre freye Stimm und Sitz auff Reichs-Tagen lassen/ und ohne der Chur-Fürsten zc. Quoad-
22. modum enim Hoc Jus Electorum & Statuum est illud Jus, in quo imprimis Potestas Statuum avto cratica, seu Potestas Ipsorum independens, est fundata, uti eò facit textus ex *Instr. Pac. art. 8.*
23. aliaque supra in *præc. Spho* allegata; Unde etiam in textu sub verbis Generalibus: *Hey Ihren Hoheiten/ Geist- und Weltsichen Wården/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt/ auch sonst den bey seinem Stand u. Wesen bleiben lassen*; Quæ itidẽ in *Conceptu Capit. Perpetua* leguntur; præmissis comprehenditur;
24. Ita etiam Potestas Regia Romanorũ Regũ absoluta, hic non immerito restringitur, cum secus si foret, ipsa Imp. Rom. Germanici forma esset immutanda; Et uti penes Imperatorem seu
25. Regem Romanorum solum non est positum, ut qualitatem Status, seu Sessionem & Votum in Comitii, solus alicui concedere possit, sed Consensu Statuum Imperii, imprimis verò illius Consilii, cui noviter introducendus est jungendus, prout hoc in *S. præc. 3.* pluribus est probatum; Ita etiam nec solus aliquem Statum Imperii à Voto & Sessione suspendere vel ipsum eo penitus excludere potest; Sed potius Consilio & Consensu Electorum Principum & Statuum Imperii hic opus habet, juxta verba *art. nostri supra* allegata.

- S. 5. Dum ergò (1) Juri Sessionis & suffragii Electo-
26. rum & Statuum Imperii in hoc Articulo est cautum, cavetur etiam II. *de omnibus*, quæ dici solent, *Juribus Comitiorũ*, quæ Imperator communicavit cum Statibus Imperii, quamvis etiam
27. (2) sub generalis expressione Regalium, Dignitatum, Juriumque comprehendantur *in verbis*: *Hey Ihren Hoheiten/ Geist- und Weltsichen Wården/ Rechten/ Gerechtigkeiten*; Et præterea (3) *Instrum. Pac. art. 8. S. Gaudeant zc.* satis superque demonstrat, quod in omnibus deliberationibus super negotiis Imperii sine
- CON.

contradictione jure suffragii gaudere debeant. Unde Jus suffragii Statibus Imperii factum rectumque est. Quando *Leges*<sup>28.</sup> *Imperii universales condenda, supplenda, interpretanda vel abroganda*, prout monstrat *d. art. 8. Instrum. Pac. §. Gaudeant 2.* & probavimus ad *art. prac. 2. cap. 7. §. 2.* Et consequenter, quando *Ordinationes universales, circa Judicium Camerate, circa pondera, circa mensuras, circa monetam ejusque defectus, valoremque facienda; Quando bellum decernendum, tributa indicienda, delectus aut hospitaliones militum instituenda, nova munimenta intra Statuum ditiones exstruenda nomine publico, veterave firmanda praesidiis. Quando denique Pax nomine Imperii pangenda, foedera facienda, Legati mittendi &c* quae omnia sub vocibus *Hohheit/Recht und Gerechtigkeiten* comprehenduntur, & explicitè in *Instrum. Pac. Casareo. Suevico art. 8. §. Gaudeant 2.* exprimuntur, atque infra suis quaeque locis latius proponenda reservantur.

§. 6. Dividuntur vero Status Imperii Romano-Germanici in *Ecclesiasticos & Seculares*; Obtinuit enim ille mos<sup>29.</sup> jam antiquitus apud Germanos, ut Viri Sacri Ordinis intertuerint Comitibus Germanorum, uti etiam ex *Tacito de Moribus German. cap. 11.* constat, ubi *Coerunt, inquit, nisi quid fortui*<sup>30.</sup> *rum & subitum incidere, certis diebus; Ut turba placuit, confident armati. Silentium per Sacerdotes, quibustum & coercedi jus est imperatur.* Qui mos, translato postea ad Carolum M. Imperio, perduravit, uti ex *Hincmaro Archi. Episc. Rhem. Epist. 3. cap. 29. 31 & 35.* ex *Aimoin. lib. 4. cap. 30.* aliisque prolixè probat *Arum. de Comit. cap. 4. num. 98.* add. *Lehmann. in Chron. Spir. lib. 2. cap. 15.* Nec minus id à Successoribus Imperatoribus, maximè Otronibus, non tantum continuatum; Sed etiam Episcoporum potestas Jurisdictione seculari & territoriali aucta est, ita ut aequè judicio gladii temporalis ac regimine baculi Pastoralis sint usi, prout hoc ex *Wittubindi An-*  
E 2 *nalib.*

- nalib. lib. 1. probatur. vid. Lehman. in Chron. Spir. lib. 4. cap. 3. circ. princ.* Uti enim regulariter Principes, seu generis nobilitate conspicui erant, qui Episcopalem dignitatem nanciscantur, ita ut Ludovico I. Cæsari exprobratum id sit, quod non prohibuerit, ut plebejæ conditionis homines ad illam dignitatem sint eVecti, prout ex *Thegano de rebus gestis Ludovici* refert Lehman. *in Chron. Spir. Lib. 2. cap. 15. circ. init.* Ita etiam facillè evenit, ut parem cum Principibus Secularibus dignitatem, imò propter majorem eruditionem, sapientiam & prudentiam, propterque venerationem Sacro Ordini debitam in Sessione & Voto suo; In Collegio æquè Electorali ac Principum & Comitum Imperii priorem locum sint nacti; uti idem notat Lehmann. *d. l. vers. Daß dann die Bischöffe.*
33. Hinc cum Status Imperii Ecclesiastici, qui dividuntur (1) in Archi-Episcopos, (2) Episcopos quos inter numerandus, si non omninò præferendus Magister Ordinis Teutonici, (3) Prælatos Principali dignitate claros, quos inter referendus Magister Ordinis Johannitici, & (4) qui Vota Curjata habent, Prælatos simplices: dignitate Archiepiscopali, Episcopali, & Prælatorum Principibus & Comitibus æquali gaudeant; Cumque Principes & Comites Seculares simili dignitate cõtulcent; hinc non immerito III. Cavetur in *articul. presente*, ut dignitates illæ tam Ecclesiasticæ quàm Seculares Statibus Imperii sint salvæ, in verbis: *Bey Ihren Geistlichen und Weltlichen Würden bleiben lassen.* Quæ verba licet saltem prima vice in *Capitul. Leopold. artic. 3.* habeantur, cum in reliquis omnibus legatur tantum in genere: *Bey Ihren Würden;* in *Conceptu tamen Capitulationis Perpetuae art. 1.* verba illa juxta tenorem *nostri Articuli* sunt repetita.
34. §. 7. Potrò & cavetur IV. in textu *de Jure Territoriali*
35. *Electorum & Statuum Imperii*, per verba; *Bey Ihrer Macht und Gewalt bleiben lassen; Item: Ihre Regalien und Obrigkeiten*
36. *confir-*



confirmant; Uti enim per Superioritatem Territorialem intelligitur *Statuam Potestas, summa potestatis amula, quâ quicquid*<sup>38.</sup> *ad regimen sui territorii facit, nec in praeiudicium Majestatis Imperatoris & Imperii tendit, statuere valent;* Ita etiam optimè in Textu indigitatur per verba *Macht und Gewalt;* quæ etiam in omnibus Capitulationibus leguntur, & præterea quoque in *Conceptu Capitul. Perpet.* sunt retenta. Uti etiam Superio<sup>39.</sup> ritas Territorialis Germanicè vocatur *die Lands-Fürstliche Obrigkeit/ die hohe Lands-Obrigkeit/ die Lands-Ober- und Herrlichkeit/* vid. Myler, de Stat. Imper. cap. 36. §. 1. Meichsner. Decif. Cam. 8. num. 2. Tom. 2. Part. 1. Unde & communiter Jurisdictio Territorialis dicitur, ex quâ, perinde, uti ex Majestate propriè dicta, fluunt Jura Regia & Majestatica, seu Regalia, communiter dicta; Ita etiam non immeritò in Textu per voces *Regalia und Obrigkeiten* eò dignius intenditur. Unde cavetur exinde Statibus Imperii de Juribus, ut vocantur, *Territo-40* rialibus (1) circa *Potestatem statuendi & Legislativam,* quæ etiam in Textu insuper specialiter exprimitur in verbis: *Wey Ihren Rechten;* Item: *Gebrauch und gute Gewohnheiten / so sie bissher gehabt haben/ oder in Übung gewesen seyn zu Wasser und zu Lande /* quæ in omnibus Capitulationibus etiam in *Conceptu Capitul. Perpet.* habentur. (2) Circa *Potestatem Justitiæ administranda,* adeoque & *Jurisditionem & Imperium,* (3) circa *potestatem dandi dignitates, officia Magistratus,* (4) *ordinandi Judicia, dicasteria,* (5) *indicendi Comitia Provincialia,* (6) circa *Potestatem belli & Pacis,* adeoque & *Jus Sequela, conscribendi milites &c.* (7) circa *Potestatem indicendi Collectas,* (8) *exercendi jus angariarum & parangariarum &c.* quorum etiam nonnulla in sublequentibus Articulis infra specialiter tractantur, adeoque summam hic ea terigisse sufficit.

- §. 8. Non tamen hic prætereundum: Quod specialiter in textu etiã caveatur V. de *Juribus per Privilegia concessis*, per verba: *Freyhütten und Privilegien*/quæ in omnibus Capitulationibus, etiam in Conceptu Capitul. perpetuæ leguntur;
41. Uti enim non omnia Jura Regia Principibus & Statibus Imperii vi Superioritatis territorialis competunt; Cum Superioritas territorialis non sit Majestas propriè dicta, seu summa ubique in Republicâ potestas, sed tantum Majestas quædam analogâ, qua illud, quod regimen territorii concernit, facere quidem possunt, si non in præjudicium Imperatoris Majestatis Imperique id tendit; Quatenus verò Imperatoris Majestati, vel etiam toti Imperio præjudicat, tunc illa Majestas Statuum, non est Majestas; Unde & merito Superioritatis vel Juris territorialis potius quàm Majestatis titulo communiter venit. Hinc si talia sunt jura, quæ vel ad Imperatoris Reservata spectant; vel etiam salvâ Majestate Imperatoris ad Status transire nequeunt; vel etiam Imperio & inprimis vicinis Statibus præjudicio esse possunt; ea non transeunt cum Jure & Superioritate territoriali; Qualia sunt *creare Principes, Comites, Nobiles, Doctores, Licentiatos, Magistros; Vestigalia nova instituere, vel vetera augere, aut aucta prorogare; Bona ex Crimine læsæ Majestatis Fisco debita sibi addicere; Monetam Imperialem cudere; Civitates veletiam Fortalitia exstruere &c.* Unde in talibus exercendis speciali privilegio, speciali concessione, vel quæ ipsi æquipollet, præscriptione immemoriali opus est.
42. §. 9. Nec hoc prætereundum hic silentio est, quod specialiter in textu caveatur etiã VI. de *Oppignorationibus Imperialibus den Pfandschafften*; quarum Possessores non tantum quietos esse jubet, sed etiam oppignorationes confirmare Rex Romanorum promittit, quod etiam in *Omnibus Capitulationibus* & quoque in *Conceptu Capitul. Perpetua* legitur; Non verò intelliguntur Bona Statibus Imperii invicem oppignorata, quippe quæ
43. 44. 45. 46.

quæ præviâ iusta causâ cognitione ex Regula Juris reuocationem  
 admittunt per *L. Nec Credutores 10. C. de Pign. Act.* Eamque in-  
 ter Status Imperii, in oppignorationibus factis admissam, restes  
 sunt Præfecturæ Stratæ Montanæ, quas reluit Elector Mogun-  
 tineus à Palatino, juxta *Instrum. Pac. art. 4. §. Cum autem 7.*  
 Sed potius intelliguntur Oppignorationes Imperiales, quæ ab  
 Imperatoribus olim ipsis Electoribus, Principibus & aliis Stati-  
 bus & Membris immediatis Imperii sunt factæ. In his enim  
 Possessores juxta præsentem Articulum non sunt turbandi, sed  
 in tranquillâ & quietâ possessione relinquendi ac defendendi.  
 Nam quamvis Limnæus distinguat, & aliud esse dicat; *Oppigno-  
 rationem confirmare*, & aliud: *Eam immunem à reuocatione pro-  
 nunciare.* Tamen quia Imperator in Capitulatione Possesso-  
 res in Oppignoratis rebus quietos se relicturum esse promittit,  
 promissio illa effectum habere debet; Unde etiam in *Instrum.  
 Pac. Cas. Svec. art. 5. §. 9. vers. Omnia quoque Monasteria 25. &  
 seq.* non immeritò res ita est decisa: Ut juxta Capitulationem  
 Casateam tamdiu Possessio illa absque reuocatione salva esse  
 debeat, donec consensu Electorû, Principum & Statuum Imperii  
 aliter statutum fuerit. Propter enim utilitatem Imperii & præ-  
 cavendas in eo turbas, quæ ex reuocatione sunt metuendæ, pot-  
 est Imperator & Imperium bona, tantum ad reuocationem usque  
 ab Imperio alienata, ita potrò alienare, ut vel plane non, vel  
 saltem difficulter relui possint; *vid. Limn. ad Capitul. Caroli V.  
 art. 4. ad verb. Pfandschafften/ & Strauch, in Diss. de Op.  
 pignor. Imper. per 101.*

CAP. IV.  
DE JURE ET OFFICIO REGIS  
ROMANORUM CIRCA  
JURA ELECTORVM IN GENERE,

§. 1.

I. *Inter Status Imperii eminent Electores. 1.*

*Elogia Electorum. 2.*

*Ratio horum Elogiorum. 3.*

II *Cavetur Electoribus,*

(1.) *De iis Juribus, quæ cum reliquis Statibus Imperii communicant habent. 4.*

(2) *De Juribus à Cæsare Ipsis communicatis. 5.*

*Quæ sint illa Jura? 6.*

III. (3.) *De Juribus & prerogativis per quæ Cæsarea potestas non est communicata. 7.*

*Quæ sint illa Jura? 8.*

IV. (4.) *De Juribus Ecclesiasticis Electoribus competentibus. 9.*

*Collegium Electorale dividitur in Ordinem Ecclesiasticum & Seculare, quorum singuli sua habent Jura. 9.*

*Ecclesiastici gaudent munere Electorio, licet nondum sint confirmati, insulati, vel investiti. 10.*

*Omnes sunt Archi-Cancellarii*

*Imperii. 11.*

V. (5.) *De Electorum Secularium Juribus.*

*In Ordine seculari residet Vicarius, & cur? 12.*

*Seculares mediante successione & jure Primogenituræ dignitatem transmittunt ad posteror. 13.*

*Quid de Jure Primogenituræ cautum in Capitulat. ? 14.*

*Quod novè Capitulat. insertum. 15.*

VI. *Conjectura circa Clausulam de Jure Primogenituræ adjectam. 16*  
*An jus Primogenituræ, natis jam liberis, introduci possit? 17.*

*An Princeps Elector factus Electorum Primogenito assignare possit? 18.*

*An filius natus, Patre Electore facto, pro Primogenito habendus? 19.*

*Capitulatio videtur tales Questiones precludere voluisse. 20.*

VII. *Quid Articulus 13. A. B. allegatus sibi velit in textu? 21.*

*Allegatur causa & evolvitur. 22.*

Inte,

## §. 1.

Inter Status Imperii eminent Principes Electores; Qui etiam  
 propterea in Textu *Propinquiora Sacri Rom. Imperii membra*, 2  
*Solida Imperii bases & Columna vocantur*, dessen forverste Glicke  
 der/und des H. Römischen Reichs Grund & Säulen; Quod ulti-  
 mum Elogium primâ quidem vice Capitulationi Josephi est in-  
 sertum, cum in præcedentibus saltem illud legatur, quod ex  
 Proem. & cap. 2. §. 5. *Aur. B.* propinquiora Imperii Membra  
 dicantur; Attamen & alterum ex *A. B. cap. 3. §. 1. & cap. 12. in*  
*pr.* est petitum, ubi *solida bases Imperii & Columna immobiles* ap- 3  
 pellantur. Nequè hoc immerito; dum *velut Columnæ proceres*  
*Sacrum ædificium circumspicere prudentia solerti pietate sustentant;*  
*Et Eorum presidio dextra Imperialis potentia roboratur*, uti di-  
 ctum elogium solidissimâ ratione suffulcit, roboratque Impe-  
 rator Carolus IV. in *A. B. cap. 3. §. 1.*

§. 2. Quæ igitur Jura; sive sint Jura Comitiorum, sive 4  
 etiam Superioritas Territorialis, cum Juribus annexis æquè ac  
 ex Privilegio Statibus Imperii competentibus; Ipsis in *cap. præc.*  
 III. attribuuntur, illa uti multò magis Electoribus, tanquam  
 propinquioribus S. R. J. Membris competunt; Ita etiam in  
 Capitulationibus, inprimis etiam I. Electoribus, *ratione dicto-*  
*rum jurium* cavetur. Præterea Jura quædam Electoribus sunt 5  
 propria, quæ Imperator cum his quidem, non verò cum omni-  
 bus Statibus Imperii communicavit, sed in quibus Electores in  
 administrationem Imperii assumpsit: Qualia sunt (1.) Quod 6  
*creare possint Casarem soli*; Quodque (2.) *resignatio Potestatis*  
*Cæsareæ non nisi in manus Electorum fieri queat*, de quibus dictum  
*supra ad Proem. Capitul.* (3.) Quod *proprium & singulare Cor-*  
*pus & Collegium tam in Conventionibus Imperii omnibus, quàm*  
*omni reliquo tempore extra Comititia habeant & constituent;* Ei-  
 que (4.) *innitatur efficax Pactum Unionis tam Generalis quam*  
*specialis Rhenensis;* (5.) Quod *ius habeant, quotannis & quoties*  
*volunt, se congregandi*; de quibus *infra ad Artic. 6. pluribus dice-*

tur. (6) Quod Ius consentiendi in alienationem & oppignorationem rerum Imperii habeant, de quo infra artic. 12. (7) Quod suffragia Electoralia tantidem sint, quanti in universo Imperii Senatus ferè dimidia Ordinum Pars valere potest. (8) Quod Iure conveniendi cum Imperatore de indicendis Comitibus, de tempore & loco gaudeant, de quibus infra ad artic. 16. Quod (9) Ius habeant nova vectigalia instituendi, vel vetera augendi, vel etiam aucta prorogandi; Quo etiam pertinet (10) Ius Stapulas concedendi; de quibus infra ad artic. 20. seqq. Quod (11) Ius ipsos competat Statum vel membrum Imperii in bannum declarandi, de quo ad art. 27. Ius (12) rediucendi Bona ab Imperio alienata, & Fenda Imperii aperta; de quibus ad art. 28. & 29. Ius (13) concedendi Regale moneta; de quo ad art. 32. de quibus cavetur II. in textibus: Und die Chur-Fürsten / nach Inhalt der güldenen Bull / sonderlich des 13. Artikuls / bey Ihren Hoheiten / Geiſt und Weltlichen Würden / Rechten und Gerechtigkeiten bleiben lassen. Quod Capitul. Ferdinandi IV. artic. 3. primâ vice inferum, inque Leopoldinâ retentum. In dicto enim artic. 13. Aur. Bull. Jura & Privilegia Electorum etiam cum clausulâ contrariorum revocatoriâ & cassatoriâ confirmantur.

7. §. 3. Accedunt præterea & alia Jura Electorum prærogativa; Per quæ verò Cæsarea potestas & administratio Imperii ipsis non est communicata: (1) Quod Electoralis Eminentia Regibus aequiparetur; Quod (2) in Curia Cæsaris & coram ipso Cæsare, Electores suos Baldachinos seu Vraniscos habeant; Quod Ferdinandus II. Cardinali Clefelio negavit. Quod (3) Electores Cardinalibus & Archiducibus, Regumque Legatis præferantur; Quod (4) Electorum Legati Legatos Liberarum Rerum-publicarum præcedant. Quod (5) Ipse Cæsar solis ipsorum Legatis Regias dignitates, libertates, potestas operiendi capus, considerandi &c. indulgeat; Quod (6) Reges & Respublicæ eos tractent pro Cæsardignibus & Serenitatibus, & Supremis Dominis; Et Legatos

eorum pro Excellentibus ; De quibus & nonnulla infra ad Art. 5. hujus Capitulationis latius tractabuntur. Quod (7) inter Collegia Statuum Principem in Comitibus locum Ordinis, auctoritatisque teneant ; Quæ & alia plura ex Schedis Dn. Baronis Boineburgii pia memoria, Viri & Genere & Scientiâ Maximi, Magnique olim Literatorum & Nostri cum viveret, Patroni, recenset Bœclerus in Libr. 6. cap. 2. Notit. Imper. & ex eo repetunt Dn. Thulemarius in Octoviratu cap. 19. & Dn. Schvveder. in Introd. Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 2. cap. 2. Aliique. De quibus Privilegiis & Juribus Electoribus Ill. in Capitulat. ex iisdem fundamentis cavetur.

§. 4. Porro habet etiam Collegium Electorale suos 9. Ordines, & Singuli Ordines peculiaria sua Jura ; Unde etiam in textu de his Electorum Jurebus, & IV. de Juribus Ecclesiasticorum est cautum, ibi: Geiße und Weltlichen Würden. Dividitur enim Collegium Electorale in Ordinem Ecclesiasticum & Secularem ; Illum constituunt tres Archi-Episcopi, Moguntinus, Trevirensis & Coloniensis, communi vel plurimum saltem Capitularium suffragio electi ; ita ut eo ipso, quo sunt electi, Electoriâ gaudeant dignitate, Electorioque munere & jure fruantur, etiam si à Pontifice nondum sint confirmati, vel insulâ & Pallio condecorati, cum gaudeant illo Jure, ut Principes Imperii, & ratione Regalium, quæ ab Imperio recognoscunt ; Imò etiam si nondum à Cæsare sint investiti ; cum meritò cingendus hic habeatur pro'cincto, illo jure fruantur, vid. Dn. Thulemar. de Octoviratu cap. 24. num. 17. & add. quæ supra ad Proëm. Capitul. cap. 3. §. 6. diximus. Qui omnes Archi-Cancellarii Imperii munere & dignitate fruuntur, & Moguntinus quidem per Germaniam, Trevirensis verò per Galliam & Regnum Arelatense, & Coloniensis denique per Italiam Aur. Bull. cap. 1. §. 11. & 12. & cap. 2. §. 2. de quo jam diximus supra ad Proëm. Capitul. d. l. Quemadmodum & de

coagimus d. l. §. 3. rationemque allegavimus, cur Titulo Cæ-  
riali ab Imperatore, seu Rege Romanor. Nepotes dicantur,  
vel liebe Neven.


- § 5. Similiter V. cavetur in textu Ordini Electorum  
12. Seculari de Ipsius Juribus. ibi: Geistl. und Weltliche Würden.  
In illo Ordine hoc insigne est, quod in illo resideat Vicarius,  
uti huc spectat A. B. cap. 5. Uti enim Potestas Vicariorum  
imitatur Potestatem Cæsaris, seu summi Imperii Capitit, quod  
temporale est, juxta A. B. cap. 2. §. 2. Ita etiã Vicarii ex Secu-  
lariu. Ordine sunt desumpti; De Vicariis Imperii ex professio-  
agimus infra ad Art. 35. & quãdam etiã occasione Vicaria-  
tuum Italiae tanguntur ad articul. 4. Porro etiã in Ordine  
13. Electorum Seculari observandum, quod mediante Successio-  
ne Electoralis dignitas transmittatur ad Posteror, & jure qui-  
dem Primogenituræ, ita ut postquam Principes Seculares & eo-  
rum quilibet esse deserit; Jus (1) vox & potestas Electoris hujus-  
modi ad filium suum primogenitum, Legitimum, Laicum,  
Illo verò non extante, ad ejusdem Primogeniti Primogenitum,  
similiter Laicum liberè & sine contradictione cujusdam devolva-  
tur; per A. B. cap. 7. §. 2. Et de hoc Jure Primogenituræ spe-  
cialiter est cautum in textu artic. 3. Ne scilicet Electores Secu-  
lares in eo turbentur, vel etiã contra Jura restringatur; in  
14. verbis: Insonderheit auch die weltlichen Chur-Häuser bey Ih-  
rem Primogenitur-Recht/ und ohne dasselbe wieder die Gebühr  
restringiren zu lassen / nach Inhalte der güldenen Bull bleiben zu  
15. lassen. Quæ additio nova est, nec in præcedentibus Capitu-  
lationibus, ne quidem in Leopoldinã habetur; Adeoque &  
in Conceptu Capitul. perpet. iterum est omissa; quamvis in art.  
7. §. 2. A. B. sit fundata.
16. §. 6. Hinc cum in textu notabilis illa Clausula: Ohne  
das Primogenitur-Recht der weltlichen Chur-Häuser wider die  
Gebühr restringiren zu lassen / inveniatur, suspicari quis ferè  
posset:



posset: *An non Paciscentes seu Legem Germanorum Regiam con-*  
*cedentes de sequentibus, similibusque Quaestionibus cogitarint, vi-*  
*amque de iisdem disputandi quasi pracludere intenderint?* Scili-  
 cet; novum est varia circa Jus Primogenitura à Doctoribus, &  
 inter alia etiam hoc disputari solere: *An natis jam liberis, 17.*  
*nec iisdem consentientibus, jus Primogenitura à Patre introduci*  
*possit?* Quod ferè negari solet, cum liberis jam natis jus ad æ-  
 qualem successionem censeatur esse quaesitum. *vid. Nicol.*  
*Bethius de Pact. Fam. illustr. pag. 709. vers. Secundum fiant &c.*  
*Limn. lib. 4. Jur. Publ. cap. 8. num. 121. Myler. de Princ. & Stat.*  
*Imp. cap. 21. thes. 8.* Unde quando Princeps Imperii in Electo-  
 ralem dignitatem evehitur, jam natis pluribus liberis, non sine 18.  
 ratione, nisi necessitas & utilitas publica dubitandi ansam præ-  
 cluderet, dubitari posset: *An Electoratum Primogenito in pra-*  
*judicium reliquorum assignare queat?* Quemadmodum & de  
 hoc quaeritur: *Virum Primogenitus ante acquisitum à Patre Ele-*  
*ctoratum preferatur secundo genito, qui ex Patre Electoralem di-*  
*gnitatem jam possidente natus est?* de quo *vid. Rumelin. ad A.*  
*B. Diff. 6. thes. 5.* His ergò & similibus quaestionibus occurre-  
 re voluisse videtur Capitulatio inprimis cum de Nono Electro-  
 ratu tum temporis forte jam fuerint agitata Consilia, adeoque  
 similes Disputationes orituras esse, vel saltem oriri posse, quasi  
 ex speculâ præviderint Serenissimi Nomothetae.

§. 7. Tandem nec hoc hic prætereundum, quod in 21.  
 textu nostro ad *A. B. articul. 13.* provocetur, *ibi: Nach In-*  
*halt der güldenen Bull/ sonderlich des 13. Artikuls/* cum tamen  
 de Jura Primogenitura Electoralis non in *articulo 13.* sed *arti-*  
*cul. 7. §. 2. Aur. Bull.* disponatur. Sed quia allegatio ista *arti-*  
*culi 13.* non ad Jus primogeniturae, sed ad Jura & Privilegia 22.  
 Electorum in genere, adeoque ad illa verba, quæ specialem  
 circa Jus Primogeniturae dispositionem innuunt, sit referenda;  
 quemadmodum ex eo videre est, quod in Capitulatione Fer-  
 di.

46 ART. 3. CAP. 4. DE JVR. ELECT. IN GEN.  
 dinandi IV. ubi allegatio ista primà vice reperitur, statim post  
 verba: die fördersten Glieder / sit inserta; Hinc nova de Primo-  
 geniturâ additio non aliter, quam ex ratione generalitatis ad  
 art. 13, A. B. est referenda.



CAP. V.  
 DE JVRE ET OFFICIO REGIS  
 ROMANORVM CIRCA  
 IVRA ELECTORVM  
 IN SPECIE.

- |  |  |
|--|--|
| <p>I. Etiam Singulorum Electorum Privilegiis in textu cavetur. 1.<br/>         Probatur (1) Ex Aurcâ B. 2.<br/>         (2) Ex ipso textu. 3.</p> <p>II. Jura &amp; Privilegia Electoris Moguntini. 4.<br/>         (1) Tanquam Collegii Elect. Decani. 5.<br/>         (2) Tanquam Archi-Cancellarii Germaniæ. 6.<br/>         (3) Tanquam Metropolitanani. 7.<br/>         (4) Tanquam Principis Primarii. 8.</p> <p>III. Jura &amp; Privilegia Electoris Trevirensis. 9.<br/>         Archi-Cancellariatus Ejus hodie non est nudus Titulus. 10.<br/>         Plura Ejus Jura alia. 11. &amp; 12.<br/>         Privilegium de non appellando quale? 13.</p> | <p>IV. Jura &amp; Privilegia Electoris Colonienfis. 14.<br/>         Inprimis Privilegium de non appellando. 15.</p> <p>V. Jura &amp; Privilegia Regis &amp; Electoris Bohemiæ in textu quoque comprehenduntur. 16.<br/>         Inter que inprimis Privilegium pœnale de non excludendo ipsum ab actu Electionis. 17.<br/>         Jura &amp; Privilegia reliqua. 18.</p> <p>VI. Jura &amp; Privilegia Electoris Bavari. 19.<br/>         Eruchses unde derivetur? 20.<br/>         Vicaritarii Ejus lis movetur. 21.</p> <p>VII. Jura &amp; Privilegia Electoris Saxoniæ. 22.<br/>         Quæ ratione Archimareschallatus habeat? 23.<br/>         Jus Directorii in causis Evangelico-</p> |
|--|--|



licorum, & de non appellan- do. 24.	IX. Jura & Privilegia Electoris Pa- latini. 28.
Vlll. Jura & Privilegia Electoris Brandenburgici. 25.	Circa Vicariatum ipsi contradi- cit Bavarus. 29.
Inprimis singulare, quod nova vectigalia erigere possit. 26.	Judex est Cæsaris. 30.
Privilegium de non appellan- do. 27.	Et Privilegio gaudet de non ap- pellando. 31.

## §. 1.

Porro nec prætereunda sunt *Singulorum Electorum Jura & Privilegia*, quippe de quibus etiam in *Textu* cavetur. Quod ipsum patet (1) *Ex Confirmatione relativâ*, dum ad articul. 13. A. B. fit relatio in verbis: *Nach Inhalt der güldenen Bull, sonderlich des dreyzehenden Article. Ubi libertates, Jurisdictiones, Jura, Honores, & Dominia Principum Electorum Sacri Imperii Ecclesiasticorum & Secularium, AUT ALICUJUS IPSORUM*, ita stabiliantur, ut qua illis derogare censentur in aliquo, debeant esse revocata. Ut & (2) *Ex vocabulis Immunitatum & Privilegiorum* expressis, quæ confirmare Rex Romanorum promittit: Quæ singulorum æquè ac communia Electorum Jura & Privilegia respiciunt.

§. 2. Sunt veto *Jura & Privilegia Electoris Moguntini* præcipua: Quod tanquam Collegii Electoralis Decanus, (uti vocatur in *Annalib. Henrici Rebdorffii in Epistola Electorum ad Papam Benedictum XII. super Ludovico Imperatore datâ*; apud Marq. Freher. *Tom. 1. Script. Germ. p. 427.*) In Electione Regis Romanorum plures præminentias habeat. (1) *Collegas suos convocando*, (2) *diem edicendo*, (3) *jusjurandum excipiendo*, (4) *proponendo*, (5) *suffragia colligendo*, (6) *concludendo &c.* (7) *Capitulationem perscribendo*, ac (8) *omnia dirigendo*. Quod similiter Virtute Archi-Cancellariatus Germaniæ prærogativam habeat (1) *subscribendi Decretis Imperatoris & Imperii*

- perii, (2) Sigilla & (3) Archiva asservandi, (4) Directorium in  
 7. Imperii Conventibus gerendi; &c. Quod vi Metropolitana-  
 titis (1) Jus Coronandi in sua diocesi & extra eandem & Colo-  
 niensem alternis cum Coloniensi vicibus;—(2) Jus consecrandi, un-  
 8. gendi, &c. Quod vi primi Principatus exerceat (1) Jus pignora  
 Imperii relucendi, (2) Jus de non appellando &c. per Aur. Bull.  
 cap. 11. & Privilegium Ferdin. III. d. 30. Aprilis 1654. quod Ca-  
 meræ insinuarum d. 9 Martii 1655. Roding. locuplet. lib. 1.  
 Tit. 20. cap. 1. §. 2. Blum. de Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 1. Quæ  
 & alia quam plurima ex Schedis Illustrissimi Dn. Baronis Boring-  
 burgii recenset Boecler. in Notit. Imper. lib. 6. cap. 5. & ex eo Dn.  
 Spener. in Oper. Herald. Lib. 1. Cap. 64. §. 18. Dn. Thuiemar. de  
 Octovir. cap. 10. Dn. Schvyeder. in Introduct. Jur. Publ. Part.  
 Spec. Sect. 2. cap. 4. §. 1. 2. & 3. repetunt.
9. §. 3. Jura & Privilegia Electoris Trevirensis præcipua  
 sunt. Quod [1] sic Archi-Cancellarius per Galliam & Regnum  
 Arelatense, juxta Aur. Bull. cap. 1. §. 12. cujus Archi-Cancella-  
 riatu Jura nec hodiè sunt extincta, vel tantum in nudis Titulis  
 10. subsistunt; sed, Juribus Imperii in terras illas adhuc salvæ exi-  
 stentibus, & ipsum salvum est. vid. Limn. ad Aur. Bull. cap. 1. §.  
 11. Observ. 7. in fin. Bernhard. à Mallinckrot de Archi-Cancell.  
 Imper. pag. 41. Conring. de Offic. Imper. Roman. German. 1h 9.  
 Quod [2] primum in Electione Regis Romanorum habeat votum  
 11. per Aur. Bull. cap. 4 §. 3. Quod [3] loco semper stabili & fixo  
 ex Opposito & lineari directione versus Imperatoris faciem sedeat  
 per Aur. Bull. cap. 3. §. 2. Quod [4] quando Insignia non præ-  
 feruntur immediate Imperatorem precedat Aur. Bull. cap. 21.  
 Quod [5] in Causis Visitationis vel Revisionis Cameralis, ubi  
 causa Electorum Moguntinum tangit, Directionem habeat. R. J.  
 de Anno 1594 s. Usuns auch 99. Quod [6] Bona Feudave  
 12. Imperii qualibet obligata, alienata, venditave à quocunque redi-  
 mendi facultatem habeat. Quod [7] omnia feuda Imperii in  
 Ipsius Archi-Episcopatu vacantia ad Ipsum devolvantur. iisdem  
 modis

modis quibus devolvantur ad Casarem. Utrumque ex Privilegio Caroli IV. de Anno 1376. quod ex Kyriandio de Aug. Trev. recenset Limn. Lib. 3. cap. 5. in fin. Quod (8) vi Metropolitanus Jus hoc in Episcopatus, Metensem, Tullensem & Virodunensem, non obstante quod supremum Dominium & Jura Superioritatis in Regem Gallie sint translata, habeat; per Instrum. Pacis Casareo-Gallicum §. Primo Quod. 70. idque adhuc hodie in viridi sit observantia. Quod (9) Privilegium de non appellando illimitatum habeat quidem ex Aur. Bull. cap. 11. §. 2. Cujus etiam renovationem petere ipsi integrum est, per R. 7. de Anno 1654. §. Und stehet 115. id tamen hactenus facere non curavit; Sed Appellationes à Sententiis, 1000. Flor. Rhenses in auto excedentibus, ad Cameram concedit; prout notat Burgold. ad instr. Pac. Part. 2. Disc. 26. thes. 19. p. 225. Eumque sequitur Dn. Thulemar. de Octovirat. cap. 11. th. 9. Quamvis Blam. de Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 1. Ut & Roding. locuplet. Lib. 1. Tit. 20. cap. 1. adhuc Privilegio Ferdin. I. d. 23. Novemb. 1562. pro Summâ appellabili 500. Aurcorum, quod habet Wehner. in Symphor. Tom. 6. cap. 1. fol. 6. inhæreant; Quod verò pugnare credo cum R. 7. de Anno 1654. §. Biedtens soll. 112. Privilegia & Jura Electoris Trevirensis plura vide apud Autores allegatos.

§. 4. Jura & Privilegia Electoris Coloniensis præcipua sunt; Quod in Electione Regis Romanorum secundo gaudeat<sup>14.</sup> voto; (2) Quod Jus Coronandi in suâ diœcesi, & extra eandem & Moguntinam alternis vicibus cum Moguntino exerceat; per Transactionem de Anno 1657. (3) Quod in suâ Diœcesi & in totâ Galliâ & Italiâ dextrum Casaris latus claudat; Aur. Bull. cap. 3. §. 2. (4) Quod Archi-Cancellarius sit per Italiam; eodem modo uti de Trevirensi dictum Aur. Bull. cap. 1. §. 11.<sup>15.</sup> (5) Quod Privilegium de non appellando habeat quidem per Aur. Bull. cap. 11. §. 2. Quod etiam Anno 1653. eidem renovatum

G

vatum

vatum esse dicitur, ita ut Judicium Revisorium constituat *Röding, locuplet. Lib. 1. Tit. 20. cap. 1. th. 7.* Postea verò rursus est remissum, ita ut appellationes concedantur in causis 1000. Aureos Rhen. excedentibus, eò quod Ordines Provinciales causarentur, sumptus ad Judicium Revisorium constituendum sibi nimis graves fore; Uti asserit Dn. Ludolphus Hugo *de Stat. Reg. Germ. cap. 3. num. 40.* quod & refert Dn. Thulemar, *de Octovir. cap. 12. thes. 10.* & allegat *Röding, locuplet. d. l. deit Land-Tags Schluß Anno 1655. d. 15. Maji;* Plura hujus Electoris Privilegia *vid. apud Autores laudatos.*

16. § 5. Similiter & cavetur in Textu *de Juribus Secularium Electorum*, & quidem (1) *Regis Bohemia.* Quippe qui, tanquam Elector & Status Sacri Roman. Imperii, merito sub appellatione Generali S. R. I. Electorum, Propinquiorumque Imperii Membrorum comprehenditur, adeoque & de ipsius Juribus & Privilegiis in *textu Capitul.* cavetur. Sunt verò illa præcipua: (1) *Quod Sacri Imperii Elector sit, & necessario ad Electionem Regis Romanorum vocari debeat.* per *Aur. Bull. cap. 7. § 2. & Pactum inter Ladislaum Bohemix Regem & reliquos Electores Anno 1489. initum: Ne scilicet sub pena quingentarum marcarum auri à quovis Electore intra triennium solvendarum, à jure eligendi excluderetur.* Cujus tenorem ex Goldasto refert Dn. Thulemarus *de Octoviratu cap. 14. §. 19.* Quod (2) *inter Electores Seculares in Electione Regis Romanorum primum habeat votum, & in toto ordine tertium;* per *Aur. Bull. cap. 4. §. 3.* (3) *Quod licet ad deliberanda & concludenda Capitulationis Capita non concurrat, Conceptus tamen Capitulationis ante Electionem ipsi sit communicandus.* (4) *Quod in Actibus Imperialibus quemcumque Regem alium, quâcumque etiam singulari dignitatis prerogativa fulgentem, imò & ipsam Augustam præcedas.* per *Aur. Bull. cap. 6. & 22. in fin. & cap. 26. in fin.* (5) *Quod sit Sacri Rom. Imp. Archipincerna.* Et (6) *Quod gaudens privi-*  
legio

legio de non appellando & non evocando; per *Aur. Bull.* cap. 8. *Ulti-  
tamen vid.* Limitationes Limnaxi ad *Aur. Bull.* d. c. 8. *Obs.* 7.  
Quæ & alia plura videantur apud *Bœcler. in Notis. Imperii lib.*  
& cap. 8. & in primis apud *Dn. Thulemarium de Oedovir. Cap.* 14.  
& *Dn. Schvveder. in Parr. Spec. Sect.* 2. *Cap.* 5. *th.* 1. *seqq.*

§. 6. Jura & Privilegia Electoris Bavari sunt præcipua:

(1) Quod inter Electores Seculares in Electione Regis Romanor.<sup>19</sup>  
secundum, & in toto Ordine quartum habeat Votum per *Aur. B.*  
*cap.* 4. §. 5. & *Instrum. Pac. Articul.* 4. §. Et primò 3. [2] Quod<sup>20</sup>  
sit Sacri Rom. Imp. Archidapifer, *Erz-Truchses*/per *Aur. Bull.*  
*cap.* 5. §. 1. *Instr. Pac. art.* 4. §. 3. ibi: *Cum omnibus officiis; &c. &*  
*Transactionem Specialem ap. Theatr. Europ. Tom.* 7. *ad Annus*  
*1651.* Et derivatur *Truchses*/ seu *Drochses*/ vel *Drosses*/ non  
malè à *Droitset*, contractè *Drost*/ unde *Reichs-Drost*/ in Svecia,  
*item Land-Drost & Drost*/ in Westphalià, & Saxonià inferiori,  
quod denotat Judicem, *der da Recht spricht*/ quò & Gallorum  
*Droit* quod *Jus* denotat, & Gallorum seu Germanorum *Drui-*  
*des*, vel *Ministri Divini*, ubi *Consilia* petebant, pertinet, & de-  
scendunt à *Druthin*, quod *Dominum* notat, seu *Deum* ipsum,  
*Autorem* omnis *Juris Justitiæque*; Unde adhuc dicimus, *der*  
*Traute Gott*/ *der Traute Heyland*/ *Fidelis Deus* juxta *Paulum.*  
Quemadmodum apud *Ostfridum in Evangelis* sapius illa vox  
occurrit, ut in *Epistola* Ejus ad *Ludovicum Pium*:

Longo liebe Druthin min

Laz Imo thie Daga sin.

Idest:

Langes Leben/ Gotte mein/

Laz Ihm die Tage seyn.

vid. *Matthias Flaccius Illyricus in Prefat. Libri Ostfridi*  
*ad Adolphum Hermannum Riedesel, Marschalcum Hassie*  
*Hereditarium, dati; Hachenberg. in German. Mediâ*  
*Dissert.* 8. *thes.* 33. [3] Quod etiam sit Sacri Rom. Imperii *Vi.* 21.  
*carinus*; per *Aur. Bull.* cap. 5. §. 1. in primis verò *Edit. German.* ibi:

G 2

Von

Von des Chur-Fürstenthums und Pfalz-Gravschafft Freyheit wegen / *Instrum. Pac. Art. 4. §. 3. ibi: Cum omnibus Regaliis, officiis, Præcedentiis, Insigniis & Juribus quibuscunque, quem etiam Camera Imperialis pro Vicario agnovisse, & communi quodam Decreto Procuratoribus injunxisse, ut nomine Dnn. Electorum Bayari & Saxonis Instrumentum conficerent, Roding. locuplet. Lib. 1. Tit. 3. §. 9. asserit: Cui tamen non absque ratione contradicit Elector Palatinus, ita ut res adhuc Imperiali Decisione opus habeat. [4] Quod gaudeat Privilegio de non appellando per Aur. Bull. cap. 11. §. 3. renovato Maximiliano Electori à Ferdinando III. d. 18. Augusti Anno 1638. Quod in Camerâ cum extensione in Palatinatum Superiorem d. 21. April. Anno 1644. pro insinuato habitum, sub poena 100. Marcârum auri puri, uti habet Roding. locuplet. in Libr. 1. Tit. 20. §. 8. Blum. de Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 1.*

- §. Jura & Privilegia Electoris Saxonie sunt præcipua:
22. (1) Quod in Electione Regis inter Seculares tertium in toto ordine quintum habeat votum; per artic. 4. §. 3. Aur. Bull. Quod (2) uti Moguntinus Elector vota reliquorum Electorum perquirat; Ita Elector Saxonie Votum Moguntini requirat: partim per Aur. Bull. cap. 4. §. 3. in fin. partim per Praxin Electoralem de qua attestatur Lehmann, in Chron. Spir. Part. 7. cap. 124. Tit. 6. Rubr. Chur-Fürsten Kathl. vers. Insonderheit; addatur Limn. ad Aur. Bull. cap. 4. §. 3. Obs. 10. (3) Quod ratione Archi-Mareschallatus Gladium Imperialem strictumque Casari præferat, eumque immediate præcedat; per Aur. Bull. cap. 24. Limn. Tom. 1. Addit. ad lib. 3. cap. 10. num. 27. Quod (4) in præliis Imperii Vexillum Majus, aquilâ Imperiali conspicuum, Ipsè ex Coquille L' Histoire du Pays & Duché de Nivernois pag. 315. salvo tamen jure Ducis Wurtembergici, ratione Vexilli minoris, des Heiligen Reichs Panier / die Kenn-Fahne / oder des Heiligen Römischen Reichs Sturm-Fahne dicti, attribuant Limn. in Addit. Tom. 1. Ad Lib. 1. cap. 14. pag. 181. & Dn. Thulemarius de




de Oſſovir. cap. 16. th. 22. (5) Quod in adventu Imperatoris in Campis vel in Expeditione omnes Imperii Status precedat, Ordinesque instruat. Limn. Tom. 1. Addit. ad Lib. 3. cap. 10. num. 27. Quod (6) in Conventibus Electorum, ubi Imperator eligitur, potestatem habeat de alimentis, hospitibus & aliis prospiciendi, & Ordinationes publicandi, vid. Ordinatio Anno 1658. d. 8. Junii in Electione Leopoldi, Francofurti ad Mœn. publicata, in Diar. Europ. Part. 1. pag. 933. Bertram. de Comit. §. 57. Dn. Rhet. in Instit. Jur. Publ. Lib. 1. Tit. 12. §. 6. seq. (7) Quod ad requisitionem Electoris Moguntini, si ipse praesens est, Elector Saxoniae in Comitibus, literas indicatorias, die Ansage Zedduß in quibus continetur, quo loco & tempore Status Imperii convenire debeant, materia item quæ deliberanda, Mareschallo hereditario transmittat, eique officium demandet; Grund-Feste des Heiligen Römischen Reichs Part. 2. cap. 3. in pr. Boecler. in Notit. lib. 6. cap. 5. Dn. Rhet. in Inst. Jur. Publ. lib. 1. Tit. 12. §. 5. Quod (8) Durantibus Comitibus jurisdictionem habeat in familiam Electorum & Statuum Imperii, etiam in Criminalibus. vid. Bertram. de Comit. cum transactione desuper cum Civitatibus Imperii initâ. th. 60. & 61. Dn. Rhet. in Instit. Jur. Publ. lib. 1. Tit. 12. §. 9. Quod (9) in causis Religionem A. C. concernentibus Directorium habeat in Comitibus. Limn. Lib. 3. cap. 10. num. 33. in Jure Publ. & ibi Fritsch. in Not. Hagemeier. de Comitibus Imperii cap. 12. Dn. Thulemar. in Oſſovir. Cap. 16. num. 34. Quod (10) Privilegio de non appellando gaudeat, per Aur. Bull. cap. 11. §. 3. Quod postea & ad totam familiam Saxoniam extensum, per Privilegiū Sigismundi Imperatoris, à subsequentibus, in primis Ferdin. I. d. 2. Maji 1559. confirmatum; Quod Camerae Imperiali d. 24. Aprilis Anno 1500. insinuatum. vid. Carpzov. de Privil. Elect. & Duc. Saxoniae de non appellan. Roding. locuplet. in Pand. Cam. Lib. 1. Tit. 20. §. 9. Blum. de Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 1. Plura Saxonis Jura & Privilegia vid. ap. Carp.

Carpzov. de Leg. Reg. Cap. 10 Sect. 6. num. 28. seqq. Dn. Thulemar. de Oefovir. cap. 16. Dn. Rhet. in Inst. Jur. Publ. lib. 1. Tit. 12. Aliosque.

25. §. 8. Jura & Privilegia Electoris Brandenburgici præcipua sunt: (1) Quod in Electione Regis inter Seculares quartum, & in toto ordine Sextum habeat votum, per Aur. B. cap. 4. §. 3. (2) Quod tanquam Archi-Camerarius Imperii in Actibus Imperialibus Imperatori Scepterum, in argumentum gubernationis, præferat; per Aur. Bull. cap. 22. & cap. 26. §. 3. Quod (3) nova vectigalia ex Privilegio Friderici III. de Anno 1456. instituire & vetera augere, & etiam in fluminibus molendina pro lubitu extruere queat; Limn. in Tom. 1. Addit. lib. 5. cap. 7. num. 136. Dn. Rhet. in Inst. Jur. Publ. Lib. 1. Tit. 13 §. 4. Quod (4) Privilegium de non appellando habeat; per Aur. Bull. cap. 11. & Privilegium Rudolphi II. d. 24. Julii Anno 1556. quod integrum extat apud Carpzov. de Leg. Reg. Germ. cap. 9. Sect. 8. num. 9. vid. Roding. locuplet. lib. 1. Tit. 20. §. 10. Blum. de Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 1. Jura & Privilegia plura vide ap. Dn. Rhet. d. l. Tit. 13. Dn. Thulemarium in Oefovir. cap. 17. & Dn. Schyveder. Part. Spec. Sect. 2. cap. 5. th. 11.
28. §. 9. Jura & Privilegia Electoris Palatini præcipua hæc sunt: [1] Quod in Electione Romanorum Regis quintum inter Seculares Electores, septimum vero in toto Ordine votum habeat; per Instrum. Pac. art. 4. §. 3. (2) Quod sit Sacri Rom. Imperii Archithesaurarius, & Erz-Schatzmeister, dum loco muneris solennis nummos aureos & argenteos, tempore Coronationis Regia in populum spargit. quo Titulo est usus in Proem. Capitul. Ferdinandi IV. Leopoldi & Josephi. Quod (3) sit Vicarius Imperii, uti eam in rem allegat Aur. Bull. Edit. Latine. cap. 5. ibi: ratione Principatus seu Comitatus Palatini Privilegio; Sed ipsi Elector Bavarie non sine ratione contradicit. vid. supra §. 6. Quod (4) Judex sit Imperatoris, ex spontanea hujus submissione in causis civilibus; per Aur. Bull. c. 5. §. 3. Quod  
jus

Jus vero non ad executionem sententiæ sed saltem ad cognitionem usque se extendit, & Processus non aduersus Imperatorem sed contra Fiscalem instituitur. Quod [5] gaudeat privilegio de non appellando per Aur. Bull. c. 11. & Privilegium Ferdin. III. de Anno 1652. quod in Camerâ pro insinuato acceptatum d. 12. Novembris 1652. vid. Roding. locuplet. lib. 1. Tit. 20. c. 1. §. 13. Blum. de Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 1. vid. Plurâ apud Dn. Thulemarium de Officir. c. 18. & Dn. Schveder. Part. Spec. Sect. 2. c. 5. §. 15.



CAP. VI.  
DE JVRE ET OFFICIO REGIS  
ROMANORUM CIRCA  
IVRA ET PRIVILEGIA PRINCI-  
PUM ET STATUM IMPERII  
IN SPECIE.

- |  |   |
|--|---|
| <p>I. Etiam de Juribus Principum in<br/>textu Capitulationis cave-<br/>tur. 1.<br/>Quorum nonnulla in specie tan-<br/>genda. 2.</p> <p>II. Collegium Principum Imperii<br/>capitur vel generaliter. 3.<br/>vel Specialiter. 4.<br/>Principes gaudent Jure peculia-<br/>ris Corporis, &amp; Jure Conven-<br/>tus agendi. 5.<br/>Probatur (1) Ex Praxi Impe-<br/>rii. 6.<br/>(2) Ex Capitulat. Caf. 7.</p> | <p>III. Collegium Principum Diff. in<br/>Scannum Eccles. &amp; Secula-<br/>re. 8.<br/>Qui in utroque Sessionem ha-<br/>beant? 9.<br/>Ecclesiastici dignitatem Episcopa-<br/>lem Electione vel Postulatio-<br/>ne &amp; Confirmatione Ponti-<br/>ficis consequuntur. 10.<br/>Confirmatio dicta apud Episco-<br/>pos Protestantés non attendi-<br/>tur. 11.<br/>Imperator confert Jura Princi-<br/>pum. 12.</p> <p style="text-align: right;">IV. Prin-</p> |
|--|---|



IV. *Principes in personâ presentes præcedunt Absentium Legatos.* 13.

*Limitatur in Legatis Austriaco, Burgundico & Salisburgensi.* 14.

*Et Quare?* 15.

*Antiquiorum Principum Legati noviter creatis Principibus Anno 1641. cedere noluerunt.* 16.

*Sed graves rationes in contrarium militarunt.* 17.

*Hinc obtinere noviter creati Principes.* 18.

*De Juribus & Privilegiis aliis Principum remissivè.* 19.

V. *Prælatorum, Comitum & Baronum Jura.* 20.

*Inter qua jus peculiaris Corpo-*

*ris; & jus congregandi.* 21.  
*Jus Consortii cum Principibus.* 22.

*Vota VI. Curiatæ habent.* 23.

*Quomodo & quando Prælati duo acceperint Vota, Comitæ verò quatuor?* 24.

VI. *Etiã Civitatibus Imperii de Juribus & Privilegiis cavetur.* 25.

*Sub voce Status generaliter accepta comprehenduntur Civitates Imperii.* 26.

*Habent jus peculiaris corporis & sese congregandi.* 27.

*Juribus gaudent tam Comitibus quàm Territorialibus.* 28. 29.

*De Privilegiis Civitatum remissivè.* 30.

S. 1.

**P**roximum nunc est, ut ad *Jura & Privilegia Principum & Statuum Imperii reliquorum in specie*, & quidem I. ad Ea, quæ sunt Principum, deveniamus, quippe de quibus non minus in textu Capitulationis cavetur in verbis: *Wie auch andere Fürsten/Prælaten/Grafen/Herren und Stände/ bey Ihren Hoheiten/Geist und Wellichen Würden/Rechten und Gerechtigkeiten/Wacht und Gewalt/ bleiben lassen*; Et quamvis jam *supra* in *Cap. 3.* de Juribus Statuum Imperii in Genere dixerimus, adeoque & illa ad Jura Principum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Civitatum Imperii sint applicanda; Tamen sicuti de Electorum Juribus in Specie nonnulla tradidimus; Ita etiam Ordo requirit, ut & de reliquorum Statuum Imperii Juribus & Privilegiis pauca quædam in Specie tangamus.

S. 2. Quod

§. 2. Quod ergò *Principum Imperii Collegium* concernit, duplici modo id in Jure Publico capitur (1) ut Prælatos, Comites & Barones Imperii comprehendit, & saltem Collegio Electorali & Civitatum contradistinguitur, prout in materiâ Comitiorum Imperii, & apud Comitologos sumitur, & dicitur in genere der Fürsten-Rath. vid. Autor der Grund-Fesse des Heiligen Römischen Reichs. Part. 2. Cap. 5. (II.) Uti etiam Prælati, Comitibus & Baronibus Imperii contradistinguitur, & saltem Principes Imperii Ecclesiasticos & Seculares comprehendit; quo sensu hic capimus. Habent enim Principes, etiam in hoc intellectu, *Jus Collegii, & peculiaris Corporis*, ita ut propterea, quando necessitas id exigit, vel Ipsorum interest, congregari, & id quod in rem suam est, salvo tamen semper juramento, quo quisque Imperatori & Imperio obstrictus est, de liberare & statuere possint. Quemadmodum *Conventus* tales *Principum*, Germanicè *Fürsten-Tage* dicuntur, ubi vel *Principes Ecclesiastici & Seculares* simul, aut seorsim, *Catholici & Protestantés* junctim aut separatim, de utilitatibus suis deliberaturi congregiuntur, quales (1) plures Superioribus Seculis, uti observat Dn. Schvveder. in *Introd. 7. Publ. Part. Spec. Sect. 1. cap. 31. §. 10.* & pronuper etiam Goslarix & Noribergæ fuere celebrati; & fundatur hoc *jus conventus Principum* non tantum in Praxi Imperii, sed etiam (2) in *Capitul. Leopoldi art. 6. 7.* ibi: *Soll auch denen andern Reichs- und Cräyß-Ständen un- verwehrt seyn/ so offtes die Noth erfordert/ circulariter und Col- legialiter, ungehindert männiglichem/ zusammen zukommen/ und dero Angelegenheiten zu beobachten; de quo plura infra ad articul. 6.*

§. 3. Præterea & *Collegium Principum* distinguitur in *Scammum Ecclesiasticum & Seculare* ex eodem, quod *supra cap. 3. §. 6.* fundamento diximus; In illo Sessionem habent etiam *Archi-Dux Austriæ*, cum *Duce Burgundiæ*, qui propter præro-

garivam etiam Ecclesiasticis Principibus præferuntur, quos sequuntur Archi-Episcopi, nisi quod Archi-Episcopus Salisburgensis cum Archi-Duce alterner, Magister item Ordinis Teutonici, cum quo tamen Jus ~~regiæ~~ <sup>regiæ</sup> competit Episcopus Bambergensis, & reliqui Episcopi; nec non Prælati dignitate Principali clari, quos inter & Magister Johanniticus conspicitur; In hoc verò sedent Seculares Principes, Duces, Comites Palatini, Landgravii, Marchiones & Principes in specie sic dicti. Uti ergo

10. Ecclesiastici *Electio*ne vel *Postulatione* dignitatem Episcopalem consequuntur, per *tot. tit. extr. de Postul. Pralat. & de Elect. & ibi Dd.* quam apud Catholicos ex Concordatis Nationis Germanicæ, inter Nicolaum V. Pontificem Romanum & Fridericum III. Imperatorem Anno 1447. initis, Pontifex Romanus confirmat; *vid. Concordata apud Henric. Canisium in Summa Juris Can. & in Corpore Const. imp. Dn. ab Andlern ad voc. Dabst. & apud Alios.* Quæ verò Confirmatio Pontificia apud Episcopos & Prælatos Protestantibus non aequè attenditur, per

11. *Instrum. Pac. Art. 5. §. 6. vers. Electi 20.* Ita Imperator Romanus per investituram Iplis Jus Territoriale, aliaque Jura Principum Illis concedit; de quibus etiam in Textu nostro Iplis cavetur, per verba: *Der Ihren Geist und Weltlichen Würden/Rechten und Gerechtigkeiten / Macht und Gewalt bleiben lassen.*

13. §. 4. Porro & hoc inter Jura Principum referendum, quod Illi, qui in Personâ in Comitibus præsentibus sunt, etiam si noviter creati & introducti sunt, præcedant aliorum, etiam antiquarum Familiarum Principum Legatos, sive votum, sive Sessionem spectes, *arg. Aur. Bull. tit. 28. §. 6.* cum dignitas in ipso Principe verè sit præsens, in Legato verò saltem per repræsentationem, & jure alieno; Veritas autem imagine naturæ non adumbranda *l. Filio 23. pr. ff. de L. & Posth. hered.* Nisi quod

14. ad Legatos Austriacos, Burgundicos, & Salisburgenses attinet, qui

qui Principibus etiam presentibus praeferuntur; Et hi quidem propterea, quod Directorium olim soli, hodie vero alterna-  
 tim cum Austriacis habeant; Austriaci vero partim, quod sine  
 Archi-Duces, partim quod de Directorio non solum partici-  
 pent, sed etiam semper, protestantibus tamen Salisburgen-  
 sibus, initium faciant; Quemadmodum & ipse Archi-Episco-  
 pus Salisburgensis Anno 1613. in Comitibus praesens, postpositus  
 observatur Legato Austriaco & Burgundico. Equidem cum  
 in Comitibus Ratisbonensibus Anno 1641. noviter creati Prin-  
 cipes, Hohenzolleranus, Eggenbergicus & Lobcovicensis ad  
 Votum & Sessionem introducendi essent, consentire Prin-  
 cipes, hac cum conditione: daß Sie der alten Fürsten Abges-  
 andten nachsizen und nachvotiren solten; uti constat ex Actis  
 dictorum Comitiorum apud Speidelium in Speculo, voc.  
 Fürst. f. 394. imò etiam propterea introductio tunc est omissa  
 & in proxima Comitibus dilata. Sed quia hoc (1) pugnare creditum  
 est cum Statu Principis, dum per talem elevationem Princeps<sup>17.</sup>  
 aliis par haberi debet. Et (2) pro novo habitum, dum Aren-  
 bergicus à Carolo V. in Principem creatus, sine contradictione  
 reliquorum Legatis praefatus est; imò (3) Regali Caesareo con-  
 trariari videtur, quo mediante Caesar evehere potest Comitem  
 in Principem, ut reliquis omnimodè aequalis habeatur. Hinc  
 cum plures noviter creati Principes Anno 1653. in Comitibus in-  
 troducendi essent, antiquiorum Principum Legati tandem cesse-  
 runt, ita ut noviter creati non tantum Sessionem in Scanno  
 Principum priori loco obtinuerint; sed etiam Vota ita sint pro-  
 lata, ut (1) dixerit in Scanno Ecclesiastico, Legatus Austriae, (2)  
 in Scanno Seculari Princeps Salmensis, (3) Legatus Burgun-  
 diae, (4) Dietrichsteinus. (5) Legatus Salisburgensis. (6)  
 Piccolominus. [7] Episcopus Ratisbonensis ipse praesens,  
 [8] Auersbergicus, [9] Legatus Vefontinus, & [10] Legatus  
 Bavarus &c. quemadmodum videre est apud Autorem der

Grund. §. *Ac Privi.* 2. cap. 5. pag. 110. Addatur Limn. Tom. 2.  
 Addit. ad lib. 4. cap. 9. num. 55. Et literas intercessionales Ele-  
 ctoris Brandenburgici in dictis Comitibus pro Hohenzolleranis  
 & Nassovicis datas apud Speidel. in voc. Fürst. num. 6. De  
 hisce atque similibus Juribus, in textu nostro Principibus cave-  
 tur. Sunt præterea & alia Principum Jura; Sunt etiam,  
 19 Singulis Principum Familias egregia sua Privilegia, quæ & ipsa  
 in textu nostro confirmantur quidē; Sed ea recensere hic velle  
 nimis longum hic foret; videri tamen potest Limn. de Jur.  
 Publ. Lib. 5. cum utroque Addit. Tomo Gastel. de Stat. Europ.  
 à cap. 10. ad cap. 25. Symphor. Wehner. Tom. VI. Sprenger.  
 Instit. Jur. Publ. Lib. 3. Alique.

- §. 5. Sequuntur II. Prælati simpliciter sales, Comites  
 20 item & Barones; de quorum Juribus & Privilegiis similiter in  
 textu præsentis Articuli cavetur, per verba: Prælaten/ Grafen/  
 Herren; Habent enim & Hi jus Collegii & Corporis peculia-  
 21. ris, quod, siquidem in rem suam id credant, vel junctim vel se-  
 paratim, salvo tamen Jure Cæsaris & Imperii, convenire, & de  
 utilitate suâ statuere possunt; Uti eò facit articul. 6. Capitul.  
 ibi: Soll denen andern Reichs- und Crayß- Ständen unver-  
 wehret seyn zusammen zukommen/ und Dero Gelegenheiten zu be-  
 obachten; Quemadmodum eò faciunt Conventus Comitum  
 Imperii, die Grafen- Tage / de quibus extat Tractatus Dr.  
 Ahasveri Frischii. Nec hic prætereundum illud insigne Jus  
 22. est, quod ad Collegium Principum referantur, & Votis suis  
 Conclusa Imperii promovere possint. Tantidem enim sunt  
 23. Prælatorum & Comitum Vota, quanti Sex Vota Principum fa-  
 cere possunt. Vota enim respectu Deliberationum Collegii  
 Principum non Virilia habent, sed Curiosa, ita ut singula  
 Scamna, singulorum quoque Votorum Principalium effectum  
 habeant. Habent verò Prælati duo Scamna: Svecicum scilicet  
 & Rhenanum; Cùm Comites & Barones, quatuor habeant;


VVes-



*Wetteravicum* nempe, *Svevicum*, *Franconicum* & *Westphalicum*. Diu enim est, quod Prælati, licet olim duo exercuerint, <sup>24</sup> unum saltem, nomine *Svevici Scamni*, & *Comites duo* habuerint *Vota*, *Wetteravici* scilicet & *Svevici Scamni* nomine. Cùm verò in *Comitiis Rausbonensibus*, Anno 1641. habitis, *Comitibus* *Votum* tertium ratione *Franconici Scamni* concederetur, quod & olim quoque admissum esse contenderunt; Prælati quoque *Rhenense* suum vindicant. Quod etiam quidem in *Comitiis Anni 1653. & 1654.* ita tamen ut *Comitibus* quartum *Votum* nomine *Scamni Westphalici* concederetur, ex *Decreto Cæsareo* ad *Placitum Statuum Imperii d. 3. Octobris 1641.* conclusum & *d. 28. Martii 1653.* dato, impetrarunt; ne forte *ratio dupla*, quam antea cum Prælatis respectu *Votorum* *Comites* habebant, postea aucto utrobique uno *voto*, in *rationem Sesquialteram* immutaretur, sed potius *dupla* & *pristinam* maneret. *vid. Autor der Grund-Feste des Heiligen Römischen Reichs Part. 2. cap. 5. vers. die Prælaten. & ibi: Decretum Casar. alleg. & Plura apud Gassel. de Statu Europæ cap. 29. 30. 31.*

§. 6. Denique III. inter *Status Imperii* sequuntur *Ci-25.* *vitates Imperiales immediatæ*, de quarum *Juribus & Privilegiis* similiter in *Textu Articuli præsentis* cavetur, per verba: *Wie auch andere Stände;* Quoties enim cunque generaliter ali-26 quid in *Legibus Imperii* de *Electoibus*, *Principibus* & *Statibus* disponitur, uti hoc in *casu;* verbis: *Die Chur-Fürsten/ wie auch andere Fürsten/ Prælaten/ Grafen/ Herrn und Stände/* tunc sub voce *Status Imperii* comprehenduntur etiam *Civitates liberae Imperii*. Uti hoc constat ex *Instrum. Pac. Art. 5. §. 11. vers. Libera 28. ibi; Libera Imperii Civitates, prout omnes atque singula sub appellatione Statuum Imperii, non tantum in Pace Religionis & præsentis Ejusdem Declaratione, sed & aliàs ubique indubitatè continentur.* *add. Londorp. in Act. Publ. Tom. 6. lib. 3. cap.*

- cap. 44. in fin. ibi: Fürsten und Stände/ und darunter implicite die Städte. Et porrò: Daß die Städte unter dem Wort Stände schon begriffen; Et Wehner. in Observat. voc.
27. Stand des Reichs. in pr. Gaudent verò & illa Jure Peculiaris Corporis; Unde etiam quoties in rem esse suam censent, salvo tamen Jure Imperatoris & Imperii conventus agere & de utilitate suâ deliberare & concludere possunt. Qui conventus in Jur. Publ. Stadt-Tage/ vocari solent, ad quos conventus per Civitates convocantes seu conscribentes Ausschreibende Städte/ vocari solent; de quibus multa habet Knipschild de Civ. Imp. lib. 2. cap. 11. num. 2. seqq. Et conceditur hoc Iphis
28. Lege Imperii publicâ per Art. 6. Capitul. Uti verò Sessionem & Votum in Comitibus habent; ibique in duo Scamna, Rhenanum scilicet & Svecicum dividuntur, adeoque & sicuti alii Imperii Status, de summa rerum in Imperio participant, voto decisivo, ibi pariter ac in particularibus dicitis gaudent, juxta
29. Instrum. Pac. Art. 8. §. tam in universalibus. 4. Ita etiam Superioritate Territoriali & Eidem annexis Juribus fruatur, per d. l. Instrum. Pac. Unde & de illis non minus, quam aliis Civitatum Imperialium Privilegiis legitimè quaesitis, Iphis in presenti Capitul. Articulo cautum est. Quæ hic generaliter tetigisse sufficiat, B. L. ad Litam. §. Publ. Lib. 7. & utrumque Addit. ibid. Tom. Knipschildii Tractatum de Civitatib. Imper. imprimis ad Lib. 2. & 3. remittentes. add. Bœcler. in Notis, Imper. Lib. II. cap. 3. Gastel. de Stat. Europ. cap. 32.
- Aliosque.



CAP. VII.  
 DE JURE ET OFFICIO REGIS  
 ROMANORVM CIRCA  
 IVRA ET PRIVILEGIA NOBILITATIS IMPERII IMMEDIATE, ALIORUMQUE IMPERII MEMBRORUM.

I. Cayetur in textu etiam de Juribus Nobilitati Imp. immediata. 1. Non esse Statum Imperii. Probatum (1) Ex Textu, 2. Particula **Sambt**/ Una, simultaneitatem quidem, non vero identitatem denotat. 3. (2) Ex Instrumento Pacis. 4. (3) Ex Actis Legati Nobilitatis immediata. 5. (4) Ex defectu Sessionis & Voti in Comitibus. 6. Quid sentiendum de antiquis temporibus & corporibus? 7. Etiam de Superioritate Eius Territoriali dubitatur. 8. Optime sibi consuluit Immediata Nobilitas ratione Tituli suorum Jurium. 9.

II. Titulus Jurium firmus non est Jus Status vel territoriale. 10. Sed vel expressa vel tacita Imperatoris concessio. 11. In quo hæc se fundit. 12.

Optima cautio in Instrum. Pac. & Capitul. 13. Anilla ex Capitulationibus prioribus eruenda? 14.

III. Nobilitas Imperii gaudet (1) Immedietate. 15. (2) Libertate à Jurisdictione Statuum Imperii. 16. (3) Et quod Imperatori servitia & Collectas præstet. 17. (4) Constituit peculiare Corpus. 18. (5) Gaudet Jure Fœderum. 19. (6) Jure Legatorum. 20.

IV. Quomodo (7) dividatur in suas Classes & Loca? 21. Singula Classes & Loca (8) Jus habent Corporis & Reip. 22. Jus (9) se congregandi. 23. Jus (10) mittendi Legatos. 24. Jus (11) Collectandi &c. 25. Jus (12) Peculiaris Ararii & Catastri. 26.

V. Collecta Nobilitatis (13) sunt



voluntariæ & extraordinariæ. 27.

Unde (14) omnia bona Equitum sunt collectis obnoxia. 28.

Quid saltem excipiatur? 29.

Bona (15) Nobilitatis Catastro semel allibrata, cum illa qualitate transeunt ad alios Possessores. 30.

Bonis Nobilis (16) venditis, aliis Membris competit Jus Retractus. 31.

Item competit ipsi Jus Legis ferendæ &c. 32.

Et Jus circa Sacra. 33.

VI. Cavetur etiam aliis Membris Imperii in Capitulat. 34.

Quæ præterea immediata dicuntur. 35.

VII. Mediatata distinguuntur in Nobiles & Non-nobiles. 36.

Quid Landsass? 37.

Subditi dividuntur

(1) in immediatos & mediatos. 38.

(2) in Eos qui ex Jurisdictione territoriali vel alio vinculo sunt obligati. 39.

(3) Possessionatos & minus tales. 40.

Quis dicatur subditus? 41.

Quæ Jura sint subditorum & membrorum mediatorum? 42.

Cur & his caveatur? 43.

§. 1.

1. **N**unc etiam ad Jura & Privilegia Nobilitatis Imperii Immediate procedendum; quippe Cui de his adeò in textu cavetur, ut etiam trinâ vice in hoc Articulo expressa Ejus fiat mentio; Uti verò vulgaris illa Quæstio: *An Nobilitas Imperii immediata sit Status Imperii Romano-Germanici?* Quam prolixè affirmativè defendit Hippolitus à Treibbach / in den Bedencken der Freysen Reichs-Ritterschafft Stand und Session betreffend &c. in Textu nostro negativè, per indirectum deciditur, (1) ibi: *Grafen/ Herren- und Stände sambt der ohnmittelbaren freyen Reichs-Ritterschafft/ Item: darzu den Ständen / sambt ersgedachter Reichs-Ritterschafft.* Cum particula *Sambt* / unâ, *simul*, sit quidem congregativa, & *simultaneitatem* indicet. Cardinal. Tusch. Praeb. Concl. 376. lit. D. Strauch. in Lex. Part. Jur. ad voc. *Vnâ*, non tamen *identitatem* denotet, sed Statibus contra-
2. *ea sit Status Imperii Romano-Germanici?* Quam prolixè affirmativè defendit Hippolitus à Treibbach / in den Bedencken der Freysen Reichs-Ritterschafft Stand und Session betreffend &c. in Textu nostro negativè, per indirectum deciditur, (1) ibi: *Grafen/ Herren- und Stände sambt der ohnmittelbaren freyen Reichs-Ritterschafft/ Item: darzu den Ständen / sambt ersgedachter Reichs-Ritterschafft.* Cum particula *Sambt* / unâ, *simul*, sit quidem congregativa, & *simultaneitatem* indicet. Cardinal. Tusch. Praeb. Concl. 376. lit. D. Strauch. in Lex. Part. Jur. ad voc. *Vnâ*, non tamen *identitatem* denotet, sed Statibus contra-
3. *ea sit Status Imperii Romano-Germanici?* Quam prolixè affirmativè defendit Hippolitus à Treibbach / in den Bedencken der Freysen Reichs-Ritterschafft Stand und Session betreffend &c. in Textu nostro negativè, per indirectum deciditur, (1) ibi: *Grafen/ Herren- und Stände sambt der ohnmittelbaren freyen Reichs-Ritterschafft/ Item: darzu den Ständen / sambt ersgedachter Reichs-Ritterschafft.* Cum particula *Sambt* / unâ, *simul*, sit quidem congregativa, & *simultaneitatem* indicet. Cardinal. Tusch. Praeb. Concl. 376. lit. D. Strauch. in Lex. Part. Jur. ad voc. *Vnâ*, non tamen *identitatem* denotet, sed Statibus contra-

tradistinguat; Inprimis (2) cùm & in *Instrum. Pacis Art. 3. §. 1.*  
 & *Art. 5. §. 2.* & *passim*, eodem modo verba sonent; Nec (3) 4.  
 Immediata Nobilitas, tempore Tractatus Pacis Westphalicæ,  
 Jus Status æque, ac immedietatis & alia Jura & Privilegia, uti pa-  
 tet ex *Art. 4. §. Libera 17. Instr. P. Art. 5. §. 2. & §. 10. v. Libera*  
 27. sicuti & præcedentiam præ Civitatibus Imperialibus (quæ 5.  
 sane per illas loquendi formulas Nobilitati salva manet;) urle-  
 rit, prout ex Ejus *Memoriali* ad Pacis Tractatus Ablegatis Sve-  
 cicis ab Illustri Viro Dn. Wolffgango à Gemmingen, Nobili-  
 tatis Immediatæ Legato, A. 1646. exhibitio; quod *Londorp. Tom.*  
*V1. Act. Publ. lib. 3. cap. 43. lit. A.* refert; uti & ex temperamento  
 controversiæ illius causâ adinvento, quod in *cap. 44. Actor.*  
*Londorp. in fin.* habetur, videre est, adeoque illa prætensio si  
 quæ fuit, tacitè ferè ibidem remittatur; Ut taceam (4) for- 6.  
*male Status*, Sessionem scilicet & Votum in Comitibus his deesse;  
 Quamvis aliter sentiendum videatur, quoad tempora anti-  
 quiora, & de Iplis *Corporibus Nobilium*; Quemadmodum *Ganer-* 7.  
*binatus Fridbergensis & Gelnhusanus* expressè continentur in  
 Matriculâ Imperii de Anno 1521. apud Dn. ab *Andler in Corp.*  
*Const. voc. Matricul.* Uti etiam Decisio alterius *Quæstionis:* 8.  
*An Superioritate Territoriali propriè dicta gaudeat?* negativa  
 exinde fluit, quod dicta Superioritas sit *Essentiale consecutivum*  
 Status Imperii, prout jam supra *Cap. 3. §. 7.* probatum; *vid.*  
*Strauch. in Dissert. Exoterica 4. thes. 22.* Quamvis si minus  
 propriè Jus Territoriale per *Complexum Regalium* cum nonnul-  
 lis definire velimus, id ipsum Nobilitati immediatæ assertum  
 dare possumus; Ita providè Rei Nobilitatis immediatæ tam in 9.  
 Instrumento Pacis quàm in Capitulationibus cautum; quod  
 potius, expressâ Sui mentione facta, Juribus & Privilegiis Suis,  
 voluerit consuli, quàm sub ambiguo verborum involucro &  
 Generalitate, incerto prorsus eventu, latitare.

§. 2. Cùm ergò Nobilitas Imperii immediata Jura sua, 10.  
 quæ habet, neque ex Jure Statûs, neque ex Superioritate

territoriali tutò & indubiè deducere valeat, sed potius vel in expressâ vel tacitâ Imperatoris concessione, seu prescriptione & consuetudine, (cujus exinde, quod olim fuerit Status, & esse postea desierit, fundamentum non contemnendum subternit *Kulpis de Legat. cap. 3. th. 17.* quod ab illo tempore retinuerit jura, quorum titulus expresse signari non potest,) Titulum quarere necesse habeat, hinc non solum in Instrumento Pacis, sed etiam in Capitulationibus de Regalibus, Jurisdictione, Immunitatibus, Privilegiis, Juribus & Consuetudinibus suis Sibi optime cavet, *per verba: Herren und Stände/ sambe der ohnmittelbaren Reichs-Ritterschafft bey Ihren Hoheiten/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ verbleiben lassen. Item: Ihre Regalia, Obrigkeiten/ Freyheiten/ Privilegien/ Pfandschafften und Gerechtigkeiten/ auch Gebräuch/ und gute Gewohnheiten* 14. confirmare. Quæ verba etiam *Conceptui Capitul. Perpetua* sunt inserta; sicut & in Capitulatione Leopoldinâ *Art. 3.* & priora in Capitul. Ferdinandi IV. habentur. In præcedentibus verò Capitulationibus sunt omiſſa quidem, possunt tamen & in his comprehensa dici, si vel cum *Carpzovio*, sub nomine Statuum latè & improprie accepto, etiam immediata Imperii membra comprehendi dicamus, ad *L. Reg. cap. 3. Sect. 12. num. 26.* uti ita capitur in *R. I. Spir. de Anno 1542. §. Es wolten dann 91. & alibi:* vel etiam, si sub generali Clausulâ textui adjectâ, *Auch sonst den Jedem bey seinem Stand und Wesen verbleiben lassen/* ea subintelligi statuamus.

§. 3. Quamvis ergò Immediata Imperii Nobilitas Status Imperii non sit, *Immedierate tamen* (1) *sine contradictione gaudet*, ita ut nulli nisi Imperatori & Imperio immediate sit subjecta. *Instrum. Pac. Art. 4. §. Liberam 17. ibi: cum districtibus appertinentibus in suo Statu immediato inviolatè relinquatur; Cui immedietati nihil derogat, quod aliqui Ipsorum sint Principum Vasalli, Gylmann. in Symphor. Tom. 1. Part. 1. Tit. 4. fol. 300.* His enim Juramentum fidelitatis, seu vasallagium præstant, quod

quod nullam inducit subjectionem, *Knichen in Epops. num. 141.*  
 Unde (2) *ratione Persona libera est à Jurisdictione Statuum Imperii*, ita ut prætenu der Lands Fürstlichen Obrigkeit ad Jurisdictionem trahi non possit. *Gylmann. Tom. 3. Symph. voc. Nobilitas. S. der Franckische. Sprenger. in Synopsi 7. Publ. c. 15. in pr. nisi forte in quibusdam locis ratione honorum & respectu territorii, vel domicilii, aliis Statibus reperiantur subiecti, juxta Instr. P. art. 5. §. 10. vers. Libera 27.* Et cum sint quasi peculiare Cæsaris peculium, (3) *Imperatorii Servitia, & horum loco Collectas voluntarias, Ihre freywillige Steuer an statt der Ritter-Dienste* immediate præstant. *Gylmann. in Symphor. Tom. 4. Part. 1. Vol. 30. n. 368. Wehner. in voc. Cräiß vers. Neque hoc obstat. in fin. Præterea (4) constituit peculiare Corpus. Ex quo resultat communicatio & Consilii & Virium; Et quod jus habeat se congregandi, causas & gravamina communi Consilio conferendi, proferendi & operam dandi, ut tuis medela paretur. (5) Item jus fæderum, ut ex Ord. Liberi Equestr. Ord. de Anno 1562. ab Imp. Ferdin. 1. confirmata, assertit Myler. de Princ. & Stat. Imp. cap. 17. th 7. & ibi alleg. Unde (6) fuit jus communi nomine Legatos mittendi, eos instruendi, alique ad rem Totius Nobilitatis Imperii immediate facientia communicandi; Quemadmodum hoc egregie comprobatur Instrum. Pac. Art. 3. §. 1. Art. 4. §. Liberam 17 cum Actis Pacis Westphalicæ apud Londorp. in Act. Publ. lib. 6. cap. 43. pag. 109. seqq. & passim.*

§ 4. Dividitur tamen (7) id corpus in tres Classes Generales: Scilicet in Liberam Nobilitatē, (1) per Franconiā, (2) Sveciam, & (3) Tractum Rheni. Et hæc rursus dividitur in 3. Loca, (1) in Gau und Waagau / (2) Nieder Rhein-Strom/ Hundesrück/ Eberowald / (3) Wetterau/ Westerwald und Rheingau. Illa seu Franconica in 6. Loca: (1) Odenwald / (2) Steyerwald / (3) Gebürg / (4) Allmühl / (5) die Buchen oder Baumach / (6) die Köhn und Berre. Ista seu Svecica in 5. Loca: (1) An der Donau / (2) Im Hegau / Boden-See und Algou / (3) Am Neckar / Schwarzwald

- wald und der Ortenau/ (4) Am Roher/ (5) Craichgau: Habent  
 22. tamen etiam (8) *singula Classes & Loca Jus Corporis peculiaris & Republica*, ita ut habeant constitutum peculiarem suum Senatium cum Praeside & Consiliariis, mit Ihren erbetenen Dire-  
 23. ctore, Ritter: Hauptleuten und Ritter: Rätthen. Ita ut (9) *quoties iis commodum visum fuerit*, salvo tamen juramento, quo Imperatori & Imperio sunt astricta, *se congregare. & de eo quod ad rem Equestrem facit, deliberare & concludere possint*; qui conventus vocantur Ritter: Täge / *vid Privil. Rudolphi II. d. 11. Maji 1609. Nobilitati immediatae Franconicae datum, apud Limn. lib. 6. cap. 3. num. 49. addat. Wehner. in voc. Rrätts/ Limn. de 7. Publ. lib. 6. cap. 3. num. 48 & ad Aur. Bull. Proxim. Observ. 24. Wahremund. ab Ehrenderg. de fæder. lib. 2 cap. 241. num. 41. Et singulis quoque Classibus, exinde (10) Jus mittendi Legatos non immerito attribuit Kulpis de Legat. cap. 8. §. 17. quem sequitur Dn. Schwveder, in Introduct. Jur. Publ. Part. Special. Sect. 2. cap. 13. th. 12. Quos verò Nunciorum nomine venire tradit ex Hermann. Kirchner. de Legat. lib. 1. cap. 3. Sprenger. in Syn. 7. Publ. cap. 15. p. 315. Ex quo Jure Corporis porro (11) fluit, Jus Collectandi non tantum subditos, sed etiam*
25. *membra Corporis singula*, ut quotam, quæ unicuique secundum æstimum solvenda, conferat, *consciendi Catastra, Collectas exigendi, constituendi Rationarios, rationes ipsorum examinandi, disjungendi, justificandi*; per Privilegium Rudolphi II. Nobilitati Franconicae datum d. 11. Maji 1609. ibi: *Mit Besuehung der Ritter: Täge/ Leistung desjenigen/ so bey solchen Ritterlichen Zusammentünfften der Anlagen und sonst dem gemeinen Ritterlichen Wesen zum besten / und per Majora Vota verabschiedet und verglichen etc. Porro (12) quod singula Classes habeant com-*
26. *mune ararium, eine gemeine Ritter: Truhe / cui inferuntur Collectæ & tributa communia, ubi asservantur, donec ad finem destinatum impenduntur, R. l. Spir. de A. 1542. §. Demnach 18.*



& R. I. de Anno 1544. §. Demnach 33. cui præpositus est *Præfe-  
sus*, qui dicitur, *der Truchen-Meister / Privil. Rudolphi 11. de  
Anno 1609. d. 11. Maji. §. dchthalben. ibi: Ihren verordneten Tru-  
chen-Meister / apud Limn. de 7. P. Lib. 6. cap. 3. num. 53.*

§. 5. Ulterius clarum est, quod (13) *Collectæ Nobilitatis* 27.  
immediatæ *sint voluntaria & extraordinaria*; ita ut datis prius  
*Reversalibus*, de non præjudicandâ libertate, Cæsari solvantur,  
Germanicè, *Eine freywillige Ritter-Ssteuer / R. 7. Spir. de Anno  
1542. §. Demnach haben wir / 58. R. 7. de Anno 1544. §. Demnach  
haben wir 33.* Quod (14) *membra Corporis Equestris pro-* 28.  
*pter omnia bona quæ habent, collectari queant, sive sint allo-*  
*dialia sive feudalia, Ecclesiastica vel secularia, alicujus momenti*  
*sive minus, propria vel subditorum. R. I. de Anno 1544. §. Und*  
*nehmlich. 27. ibi: Von allen Ihren beweglichen und unbewegli-*  
*chen Haab und Güttern / sie seyen Lehen oder eigen.*  
*R. 7. Spir. de Anno 1542. §. Demnach. 58. & R. 7. de Anno 1544.*  
*§. Demnach. 33. ibi: Von Ihren und Ihrer Unterthanen Ver-*  
*mögen. Ita ut nihil censeatur exceptum, quàm singulorum*  
*Vestes, pretiosa, supellex, Equi & arma R. I. Spir. de Anno 1542. 29.*  
*§. Doch sollen. 55. & de Anno 1544. §. Doch sollen. 43. Nec*  
*immunitas, Pacta vel observantia in contrarium allegari possit.*  
*R. 7. Spir. de Anno 1542. §. Und die weil junct. §. 58. R. 7. de Anno*  
*1544. §. Und nehmlich. 27. & §. Und die weil. 32. Cum Colle-*  
*ctæ sit voluntaria omninò & extraordinaria. Item (15) quod*  
*quæ Bona Nobilitatis Catastro semel sint allibrata & collectis 30.*  
*obnoxia, illa ad quemvis possessorem cum illâ qualitate trans-*  
*cant, ita ut novi possessores Collectas ad ærarium Nobilitatis sol-*  
*vere teneantur per L. 13 cui opus 23. ff. d. N. Op. N. L. 18. §. 2. ff.*  
*de Pign. A. add. A. B. cap. 10. §. 2. ibi: Emere sub conditione*  
*Bonorum consuetâ. Cap. Leopoldi art. 32. & Josephi art. 31. Ex*  
*Privilegium Rudolphi 11. d. 11. Maji. 1609. ibi: Von denjenigen*  
*Güttern / so von Alters her mit der Contribution zu der gemeinen*  
*freyen*

- freyen Ritterschafft in Francken vertreten worden/und die Stände allbereith inne haben/oder noch künfftig bekommen möchten. apud Limn. lib. 6. cap. 3. num. 53. Ex quo porro (16) fuit, quod in
31. *Bonis Nobilibus Imperii venditis, non tantum Agnatis & Cognatis, sed etiam Membris alius Corporis Equestris Jus hereditarium & Retractus competat;* per Privilegium Rudolphi 11, d. 11. Maji 1609. Nobilitati Franconica concessum. §. Uber das. Quod etiam datum Nobilitati Rhenanæ, d. 9. Julii 1605. Præterea habet (17)
32. *jus ferendarum Legum & ordinationum, (18) Jurisdictionem omnimodam altam scilicet & bassam, Jus (19) Archivi. Jus (20) Austregarum, Ord. Cam. Part. 2. Tit. 3. Jus (21) eudendi monetam Sixt. de Regalib. cap. 2. num. 28. Jus (22) metallifodinarum &c. quæ & alia plura refert Sprenger. in Synopsi cap. 15. Schvveder. in Introd. Part. spec. Sect. 2. cap. 28. & alii Publici Juris Doctores;* adeoque ea breviter tetigisse sufficit. Non
33. *tamen prætereundum (23) Jus circa Sacra ex R. 7. de Anno 1555. §. Damit auch. 20. & Instrum. Pac. art. 5. §. Terminus. 2. Et §. 10. vers. Libera. 27. §. 16. vers. Jus Diocesannum 27.*
34. §. 6. Tandem etiam paucis tangendum: Quod etiam in Textu nostro caveatur *Membris Imperii reliquis Immediatis & Mediatis, & cuicunque Imperii Romano-Germanici Subdito de Juribus & Privilegiis suis legitimè quæsitis, in verb.* Auch sonsten Jeden bey seinem Stand und Wesen verbleiben lassen/ quæ non solum in *Capitulat. Ferdinandi IV. & Leopoldi,* sed etiam in *Conceptu Capitulat. Perpetuae Art. 1. leguntur;* Imò in omnibus Capitulationibus habentur; nisi quod in his verba quidem sic sonent: *Jeden nach seinem Stand und Wesen bleiben lassen;* Quamvis eundem intellectum intendant. Ad immediata referunt nonnullos ex *Commendatoribus Teusonicæ Ordinis, Monasteria quædam, ut & Communitates & Pagos immediatos,* de quibus non tantum testantur Juris Publici Doctores passim, *vid. Dn. Hugo de Stat. Reg. German. cap. 1. §. 8. & Dn. Schvved.*


Schweder. in *Introduct. Part. Spec. Sect. 2. cap. 18. num. 14. seqq.* Sed etiam ipsum *Instrumentum Pacis artic. 5. § 2. ibi: Comprehensa libera Imperii Nobilitate, ut & Communitari- bus & Pagis immediatis.*

§. 3. *Mediata Imperii membra sunt subditi Statuum & 36. Immediatæ Imperii Nobilitatis; Qui rursus dividuntur in Nobiles & non-Nobiles; Illi in textu nostro vocantur, Landsassen/ quippe quo nomine à Nobilibus Imperii immediatis distin- guuntur, cum Landsassatus ad Jus territoriale correspondivè 37 se habeat, & Lands-Obrigkeit & Landsass/ tanquam activum & passivum se respiciant, uti docent Meichsnet. Tom. 2. P. 2. Dec. 8. num. 4. & Schvvanmann. Decif. Camer. 1. num. 6. Adeo- que Landsass/ homo Jurisdictionalis dicitur, cui in omnibus mandari & præcipi potest, uti loquitur Gylmann. lib. 1. Decif. Cameral. 46. num. 32. add. Ziegler. ad Aur. Prax. Calvoli Concl. 1. §. Landsassii num. 12. seqq. Reliqui in textu dicuntur simpli- 38- citer Unterthanen/ & subdividuntur (1) in eos, qui Statui Im- perii immediatè vel mediatè sunt subiecti, Ihme mit oder ohne Mittel unterworffene Unterthanen/ quales sunt Landsassorum Nobilium Subditi, qui Germanicè dicuntur, Unter- oder Hins- ter-Sassen/ (2) dividuntur in Eos, qui ex Jurisdictione territo- 39- riali, vel alio vinculo sunt obligati, & in textu dicuntur, mit Lands-Fürstlichen auch andern Pflichten zugethanen/ v. gr. ex Jure Feudi, uti Subditos ita distingui, testis est ex Martino Lau- denßi & Aliis, Klock. de Contribut. cap. 3. num. 280. vel Clie- nelari; quales sunt Judæi, unde etiam Schutz-Berwandtel/ Schutz-Pflichtige/ vocari solent; (3) distinguuntur ratione 40- Bonorum in Possessiones habentes & minus; In textu dicuntur, Eingeseffene und zum Land gehörige. Subditi enim non tam ratione rerum quàm Personæ considerantur, seu ratione do- 41- micilii, ubi quis degit, munia vitæ peragit, commercia exer- cet, familiam alit, aliosque actus exercet, quos loci illius cives agere*

agere solent L. 7. Cod. de Incol. l. 27. ff. ad Municip. Klock. de Contribut. cap. 11. num. 4. seqq. cum sola possessio bonorum non faciat civem & subditum. l. 17. §. 5. & 13 ff. ad Municipal. Menoch. lib. 2. de Arbitr. Jur. Quest. Cas. 86. Quemadmodum nec sola animi destinatio facit subditum, dum domicilium re & facto transfertur, non nudâ contestatione. L. 20. ff. ad Municip. De Horum ergo Juribus & Privilegiis, (qualia

42 (1) Libertas Religionis & Conscientia cujusque sue, cum religio externo non subjaceat Imperio, juxta Text. Jur. Can. Can. 3. Dist. 45. & Can 33 caus. 23. qu. 5. Quo & facit Instr. Pac. articul. 5 §. 12. vers. Quantum deinde 29. (2) Beneficium emigrandi. R. 7. de Anno 1555. S. Wo aber. 25. Instrum. Pac. d. l. (3) Provocatio pro administranda Justitia, Capitul. Josephi. Art 1. ib. : Den Armen wie den Reichen / & passim: aliaque plura) in Textu quoque cavetur. Neque hoc immerito: Cum Jus naturale velit, ut nemini jus suum legitime quæsitum sit auferendum;

43.



## CAP. VIII.

DE JURE ET OFFICIO REGIS  
ROMANORUM CIRCAJURA IMPERII, ET  
STATVVM

## FORMALITER TALI.

## I. RESPECTU FACTI PROPRII.

- |   |  |
|---|--|
| <p>I. Consideratur Officium Regis<br/>ipsum formaliter. I.<br/>Scilicet tam ratione (1) Facti</p> | <p>Proprii quam (2) alieni. 2.<br/>II. Quod ad Primum, promittitur<br/>(1) Non-Turbatio &amp; Patientia,</p> |
|---|--|

[a]

- [2] *in genere*. 3.  
 Ex quo sequitur quasi-Possessio. 4.  
 [b] *In Specie* ratione  
 [1] Sessionis & Voti. 5.  
 [2] quod per Privilegia  
 Juribus non derogandum. 6.  
 Ubi limitatio. 7.  
 [3] quod subditos nolit à  
 Jurisdic. & oneribus  
 eximere. 8.  
 III. (2) Confirmatio Jurium. 9. 10.  
 Quod in Aur. B. fundarum. 11.  
 IV. Singularia hinc A. B.  
 [1] Quod tantum Electorum

- Privilegia confirmantur. 12.  
 Quod in Capitul. ad omnes Status  
 extensum. 13.  
 Admittit tamen & A. B. Interpretationem extensivam. 14.  
 [2] Quod Imperatori duplex iungatur Confirmatio. 15.  
 Qua merito ab aulâ recessit. 16.  
 V. Confirmatio debet fieri  
 [1] Sine morâ & contradictione. 17.  
 [2] In formâ probante. 18.  
 Quomodo forma illa secundum Aur. Bull. sit expressa. 19. 20.

§. 1.

Hactenus consideravimus Jus & Officium Regis Romanorum circa Jura Imperii, Statuum & Membrorum Ejus <sup>1.</sup> materialiter & objective; Proximum nunc est, ut id etiam Formaliter, occasione *Articuli nostri III.* adeoque officium Ipsum, & quomodo se id circa dicta Jura exerat, perpendamus; Quod Ipsum jam *supra cap. 1. §. 1. & cap. 2. §. 1.* ad duo Generalia <sup>2.</sup> Capita reduximus; Ut vel (a) consideremus Regis Romanorum Jus & Officium, respectu *Facti Proprii*: Ne scilicet forte I. ipse turbet, sed potius II. confirmet Jura; Vel (b) respectu *Facti Alieni*, quoad *Alios*; ratione scilicet III. *defensionis*.

§. 2. Quod ad *Primum* attinet; Promittit Rex Romanorum Non-turbationem, (I.) *in genere* & Patientiam, seu per Se non futurum, quò minus unusquisque jure suo utatur, sed passurum se esse, quo unusquisque in exercitio & quasi-pos-

K

les.

- lesione sui Juris permaneat; in verbis: *Wey Ihren Hohelienß Geist und Weltlichen Würden / Rechten / Gerechtigkeiten / Macht und Gewalt / auch sonst den Jeden bey seinem Stand und*
4. *Wesen verbleiben lassen; Ita enim quasi possessionem Juris confirmari, jam supra in Cap. 1. §. 1. ex L. ult. ff. de Servit. & L. 3. §. 2. ff. de Acq. Empt. probavimus; Add. Hahn. ad Vvesenbec. num. 5. ff. de Servit. (II.) In Specie, (1) quoad Sessionem & Vo-*
  5. *zum in Comitibus, quod Statum Imperii ab eodem non suspendere vel excludere velit; & (2) quod per Privilegia in contra-*
  6. *rium data, alterius juri quasito derogare nolit; Sed si quæ data sint, ea nulla omninò declarare velit; Per verba textus: Nies manden einig Privilegium darwider ertheilen / und da cinige vord oder bey vorgewesenen dreißig Jährigen Krieg darwider ertheilet worden wären / so im Frieden-Schluss nicht gut geheissen / oder approbiret worden / dieselbe gänzlich cassiren und annulliren / auch hiermit cassiret und annulliret haben. Quæ ipsa verba non tantum in Capitulas. Leopoldina Art. 3. prima vice habentur; sed etiam Conceptui Capitul. Perpetua Artic. 1. sunt inserta; Nisi,*
  7. *(uti notabilis Limitatio habet) quod excipiuntur ea, quæ in Instrumento Pacis Vvesphalica sunt approbata & confirmata. Illa enim, uti per Sanctionem Imperii Pragmaticam, quâ mediante ex potestate Domini Eminentis, quod dicitur, propter necessitatem & utilitatem totius Reipublicæ Romano-Germanicæ, Juri Hujus vel Illius quasito derogari rectè potuit, sunt approbata; Ita etiam, non obstante alterius Jure contratio, firma atque rata permanent, arg. Instr. P. Art. 4. §. Pacta. 10. junct. 2. Feud. 40. §. ult. & 2. F. 78. Et (3) quod Subditos Statuum & immediatæ*
  8. *Nobilitatis Imperii à Jurisdictione & Oneribus ipsis debitis sive subfeudalitatibus, sive alio pretextu, eximere & immunes facere nolit; per verba textus: Und keinen Chur-Fürsten und Stand / die ohn-mittelbahre Reichs-Ritterschafft mit begriffen / seine Land-Sassen / Ihme mit oder ohn Mittel unterworfenen Unterthanen / und*

mit Lands-Fürstlichen/ auch andern Pflichten zugethane Eingeseffene/ und zum Land gehörige/ von deren Bothmäßigkeit und Jurisdiction, wie auch wegen Lands-Fürstlicher Hoher Obrigkeit/ und sonst rechtmässigen hergebrachten respective Steuern/ Zehenden/ und andern gemeinen Bürden und Schuldigkeiten/ weder unter dem Prætext der Lehn-Herrschaft/ noch einigen andern Schein eximiren und befreyen. Quod ipsum primò Capitulationi Ferdinandi IV. *his verbis*: Keinem seine Lands-Sassen und Unterthanen/ von dero Bothmäßigkeit und Jurisdiction, wie auch von den Steuern/ Zehenden/ und andern gemeinen Bürden eximiren und befreyen/ intertum, & postea *in subsequentibus* per varia specialia auctum.


§. 3. *Alterum* quod in hoc Articulo tractatur, & Ipsius Regis Romanorum factum concernit, est: Quod Statibus & Immediata Imperii Nobilitati, Regalia & Jurisdictionem, immunitates, Privilegia, Oppignorationes, Jura & Consuetudines bonas confirmare promittat, per verba Textus: Darzu denen Ständen/ sambt ersgedachten Reichs-Ritterschafft/ Ihre Regalia und Obrigkeiten/ Freyheiten/ Privilegien/ Pfandschafften und Gerechtigkeiten/ auch Gebräuch und gute Gewohnheiten/ so sie bißher gehabt haben/ oder in Übung gewesen seyn zu Wasser und zu Lande/ auff gebührendes Ansuchen/ ohne einige Weigerung und Auffenthalt/ in guter beständiger Form confirmiren und bestätigen; Quod novum non est, sed jam in Capitulatione Caroli V. Art. 10. 4. est sancitum, & etiam in Conceptu Capitul. Perpetua repetitum, & capitibus de Unionibus & Confraternitatibus, quæ *infra* in Artic. 6. tractantur, auctum. Imò in ipsâ *Aur. Bull. Cap. 2. 11. §. Et quia s. & seq.* est fundatum, *in verbis*: De Imperiali decernimus plenitudine Potestatis; Quod is, qui modo *præmissio* in Regem fuerit Romanum Electus, *peractâ* statim Electione hujusmodi, priusquam in aliquibus causis aliis sive negotiis, *virtute Sacri Imperii, administret*, univèrsis & singulis Principibus Electoribus Eccl.

clesiasticis & Secularibus, qui propinqui *ra S. Imperii membra esse noscuntur*, omnia Ipsorum Privilegia, literas, Jura, libertates, Concessionones, antiquas consuetudines & etiam dignitates, & quicquid Ipsi ab Imperio usque in diem Electionis suæ obtinuerunt & possederunt, absque dilatione & contradictione confirmare & approbare debeat, *per suas literas & Sigilla, Ipsi que præmissa omnia innovare, postquam Imperialibus fuerit Insulis coronatus.*

- S. 4. Duo verò *singularia* in Textu A. B. sunt noranda:
12. *Alterum: Quod ibi tantum Electorum confirmentur Privilegia.* Uti non solum (1) id ex appellatione Principum Electorum, sed etiam (2) ex Ipsorum descriptione, quando propinquiora
13. S. Imperii membra dicuntur, apparet. Quod verò in Capitulationibus ad omnes Imperii Proceres meritò est extensum; Quamvis fortè A. B. dum Propinquiorum Imperii Membrorum propter singularia, quæ habent, Privilegia, de quibus *supra Cap. 4. & 5.* actum, mentionem facit, non sit exclusive, respectualiorum Imperii Statuum Jurium, sed potius ita interpretanda, ut Propinquiora Imperii Membra per *Interpretationem Juris extensivam, à simili vel fortiori & potiori* petitam, reliqua
14. includant & attrahant. *Alterum singulare* in A. B. est: Quod Imperatori duplex in eâ *injungatur confirmatio: Altera* quæ fit ab Ipso in Regem Romanum electo *sub nomine Regali*; *Altera* postquam Imperialibus fuerit Insulis coronatus, *sub Imperiali titulo*; uti expressa habent verba in *d. cap. 2. §. 5. in fin. & §. 6. A. B.*
15. Sed quia non duplex sed una potestas est, quam Rex & Imperator Romanorum, statim per Electionem consequitur, & mediante quâ Jura & Privilegia Procerum Imperii confirmat; Hinc nec illâ repetitione seu *innovatione*, uti A. B. loquitur, opus est; Unde etiam, ita volente *Limæo ad Capitulationem Caroli V. Art. 4. ad verb. Confirmare* scerè ab Aulâ recessit.
16. S. 5. Debet verò dicta Confirmatio fieri (1) *absque dila.*



dilatione & contradictione; ohne Weigerung und Auffenthalt/  
 prout in eo unanimia habent A. B. & Capitulationes, (2) in for 18.  
 ma probante & valida. In guter beständiger Form/ quam specia-  
 liter explicat Aurca Bulla, quod fieri illa debeat per Suas, Regis  
 scilicet Romanorum, Literas & Sigilla, in Cap. 2. §. Et quia 5. in  
 fin. Ex Sigillo enim & literis, sive Consignatione & Subseri-  
 ptione, vel horum alterutro, Consensus & obligatio inducitur  
 L. sicut 8. §. 15. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Bartol. in  
 Rubr. C. de Fide Instrum. Carpz. Part. 1. Const. 17. Def. 16. Cum  
 sigillans omnia contenta in eo vera fateri censetur, uti notat  
 Bald. L. 1. Consil. 174. num. 2. Et quia Sigillum Imperatoris  
 est publicum, seu publicam habet fidem; Hinc sufficit id ipsum  
 ad validam in Jure Confirmationem, prout docet Carpzov. de  
 Proc. Tit. 5. Art. 4. n. 41. & in Decis. Illustr. 28.



## CAP. IX.

DE IVRE ET OFFICIO REGIS RO-  
 MANORVM CIRCA  
 IVRA IMPERII ET STATVVM  
 FORMALITER TALI.

## II. RESPECTU FACTI ALIENI.

- |  |  |
|--|--|
| <p>I. Ad Jus &amp; officium formaliter tale<br/>         spectat (3) Defensio Jurium. 1.<br/>         Qua consideratur vel<br/>         (1) in Genere. 2.<br/>         (2) vel in specie contra<br/>         [1] Exemptionem subditorum<br/>         à tertio factam. 3.</p> | <p>minuant Jura Domini 6.<br/>         Ne (1) disponant Subditi circa<br/>         Collectas. 7.<br/>         Quia est Jus Majestaticum. 8.<br/>         Limitatur ratione consensus<br/>         Domini. 9.</p> |
| <p>II. An Subditos alterius in Protecti-<br/>         onem recipere liceat? 4.<br/>         Quod negatur, &amp; quare? 5.</p>  | <p>IV. Ne (2) sine Consensu Domini<br/>         Conventus agant. 10.<br/>         Quæ ratio? 11. 12.<br/>         Limitatio. 13.</p>   |
| <p>III. [2] Contra Subditos: Ne im-</p>  | <p>V. Ne (3) Subsidia pro conservan-<br/>         dis</p>  |

dis Munimentis & presidii, detrectent. 14.

Domini possunt Subditos subcol-  
lectare, quando causa facit ad  
omnium utilitatem. 13.

Qualia sunt Onera pro muni-  
mentis & presidiiis. 16.

Probat R. I. de Anno 1654. 17.

VI. Ne (4) Subsidia pro sustentatione  
Cameræ detrectent. 18.

Status Imperii Anno 1548, Came-  
ræ sustentationem soli receperunt. 19.

Inde subcollectatio subditorum  
concessa; & quare? 20.

Probat per R. I. de A. 1654. 21.

VII. Ne (5) Subditorum Quærelæ  
in Judiciis Summis propterea  
audiantur. 22.

Quia talia clarè sunt decisa. 23.

VIII. Limitatur: si Subditi Acti-  
onis suæ Fundamentum osten-  
dunt. 24.

Ampliatur: Quoad impetrata in  
contrarium Privilegia & Ex-  
emptiones. 25.

Quæ pronunciantur irrita: 26.

Maximè: si Literæ informativæ  
non præcesserint. 27.

IX. Jus & Officium Reg. Roman. cir-  
ca Jura Statuum, non est o-  
mnino limitativum. 28.

§. I.

1. **R**espectu Facti alieni officium Regis Romanorum circa Jura Imperii & Statuum consideratum, Tertium suppeditat, quod de Jure hoc & officio formaliter tali in hoc Articulo tractatur; Scilicet, Quando Rex Romanorum Jura & Privilegia Statuum contra Alios defendere promittit. Et quidem consideratur
2. illa defensio vel I. in Genere tam quoad Turbatores & Oppugnatores Alios quoscunque in verbis: Ohne männliches Eintrag und Verhinderung. Et porro: Sie auch darbey / als erwählter Römischer König schützen und schirmen / quæ verba in omnibus Capitulationibus, & etiam posteriora in Conceptu Capitular. Perpet. art. 1. leguntur. Vel II. in Specie, tam quoad Exemptionem: Ne ulli Tertio concedat Subditos eximere à Jurisdictione & Oneribus sui Domini, ibi: Nicht eximiren und besreyen / noch andern solches gestatten; Quam quoad Ipsos Subditos in relatione sui Domini.
4. §. 4. Ad illam seu ad Exemptionem à Tertio factam referri

ferri potest celebris illa Quæstio: *An Status Imperii alterius Status Subditos in Protectionem recipere valeat?* Quæ non tantum per *R. I. de Anno 1555.* Es soll auch kein Stand 23. & alios expressos textus, sed etiam ex *Articulo nostro*, ibi: *Unter einigen Schein eximiren/ noch andern solches gestatten /* negativè decidenda; Cùm licet Protectio non eximat à Jurisdictione, viam tamen eò sternat, subditos adversus Dominum armando, & animando, nisi causa sit necessaria, in quam Dominus vel expressè vel tacitè consentiat, *vid. Reinking. de R. S. & E. Libr. 1. Cl. 5. cap. 4. num. 52 & 340. Rumelin. & ibi Myler. ad A. B. Pars. 2. Diss. 5. th 8.*

§. 3. Quoad Subditos: *Ne illis concedatur Jura Domini 6. imminuere;* varia in textu recensentur, quibus occurrere Rex Romanorum promittit. Et (1) quidem: *Ne Status Provinciales circa Collectas Provincia soli disponant:* in verbis: *Auch nicht 7. gut heissen/ noch zu geben/ daß die Land-Stände die Disposition über die Land-Steuer/ deren Empfang/ Ausgabe/ und Rechnungs-Recessirung/ mit Ausschließung des Lands-Herrn/ privativè vors und an sich ziehen.* Quæ ipsa verba etiam in *Capitul. Leopoldinè* habentur. Ut ut enim Collectæ Subditis non tam imperandæ, quàm ab his impetrandæ, uti ex *Heigio & Frider. Mindano* appositè loquitur, & consulit *Vincelerus de Collect. Obs. 5.* Cùm res sit odii plenissima, ex Facultatum suarum deminutione alienam, licet publicam utilitatem juvare debere; Subditis tamen non competit Facultas disponendi circa Collectas; Cùm Summæ Potestati incumbat, & ad Jura Majestatica sit referendum prospicere de *Ærario & Collectis*, per *L. 8. C. de Excus. Mun. l. un. C. de Superindict.* Quod ipsum Jus eùm etiam Statibus Imperii circa Collectas Provinciales competat, per *R. I. de Anno 1555. 6. Solche der Stände 25. & textus similes.* Add. *cap. 2. extr. de Censib.* non immeritò præcaveretur, ne ipsis præjudicium fiat circa earum dispositionem, sive ipsarum accepta, sive expensa, sive

sive rationes & reliqua consideres. Limitatur tamen hoc  
 9. ipsam, quando id fit *cum consensu Domini Territorii*, arg. *Textus*  
 ibi: *Nit Ausschließung des Lands: Herrn privativè vor: u. an sich*  
*zu ziehen/uti interdum propter utilitatē publicam fieri solet, quò*  
*subditi ed alacrius opibus suis succurrant, dum vident Collectas*  
*ad destinatum, non verò in alium finem impendi; quo casu*  
*Ipsi sæpè Principes Ordinibus Suis dispositionem concedunt,*  
*adeoque de Jure suo eatenus remittunt. Ubi tamen distin-*  
*guendum inter indictionem, & admonitionem vel etiam solutio-*  
*nem. Illam enim & hoc casu à Principe fieri, magis congruam*  
*& consultum est.*

10. §. 4. Porro Rex Romanorum contra Subditos Jura  
 Dominorum in eo (2) defendere promittit; *Ne absque Consen-*  
*su Domini Territorialis Conventus agant & instituant; per verba*  
*Textus: Oder in dergleichen und andern Sachen ohne der Lands-*  
*Fürsten Vorwissen und Bewilligung Conventen aufstellen und*  
 11. halten/ quæ in *Leopoldinâ* quoque leguntur. Uti enim hoc  
 quoque Jus Majestaticum est, aded, ut, qui Conventus non per-  
 missos agunt, Crimen læsæ Majestatis incurrant, *L. 1. §. 1. ff. ad*  
*L. Jul. Maj. L. 2. ff. de Colleg.* Dum omne Collegium est illi-  
 citum, nisi à Jure vel Principe sit probatum, *L. 2. §. 1. ff. de Col-*  
*leg. l. 1. ff. Quod cujusque Univ. nom. Lotæus de Jur. Univ. Part.*  
*1. cap. 2. numer. 75.* Sic idem Jus ad Status Imperii ex-  
 tenditur. *Reform. Pol. Aug. de Anno 1548. Tit. Von den Hand-*  
 12. *wereckern insgesamt. 36. ibi: Von denen Obrigkeiten.* Hinc et-  
 iam non immeritò cavent Status Imperii, ne hoc modo Subditi  
 manus in Ipsorum Jura inferant; Sed quemadmodum ejus-  
 modi Conventicula occasionem præbent variis machinatio-  
 nibus, imò & seditionibus; sic quoque meritò prospiciunt, ne  
 grave quid ita moliantur Ipsorum Subditi adversus Rempubli-  
 cam; uti huc facit *L. 2. ff. de Colleg. l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Maj.*  
*add. Constitutio Friderici Hâc Edictali §. Conventicula 2. de Pace*

Tenenda. 2. F. 53. Quod ipsum verò, si cum consensu Domini fiat nihil habet incommodi. Unde etiam ex Consensu sive expressio sive præsumptio haud raro Status Provinciales Conveniunt agunt; Ut si forte causa ipsius Domini favorem concernat, ubi non immerito Consensus præsumitur; Quamvis tali casu consultius agant Status Provinciales, si libello supplici veniam propterea submissè prius impetrent.

§. 5. Parimodo Rex Romanorum Jura Statuum contra Subditos in eo (3) tueri promittit: *Ne Onera & subsidia pro con-  
servandis munimentis & Præsidis necessaria in jura deinceps, per  
verba: Oder wider des jüngsten Reichs Abschieds ausdrückliche  
Verordnung sich des Beitrags / womit jedes Chur-Fürsten/  
Fürsten und Stands Land: Sassen und Unterthanen / zu Besetz-  
und Erhaltung deren einen und andern Reichs: Stand zugehörig-  
er nöthiger Festungen / Plätzen und Garnisonen / an Hand zu  
gehen schuldig sind / zur Ungebühr entschlagen. Equidem hodie  
ita tenentur Subdit. Statuum Imperii ad ferenda Onera Impe-  
rii, ut cum ea faciunt ad omnium utilitatem, Domini territoria-  
les ipsos in Collectis Imperialibus subcollektare possint R. I. de  
Anno 1530. § Und weit die Erlende. 118. ibi: Männiglichem zu  
Schutz und Trost; Cum olim ex Camera sua proventibus eas  
solverint. Cum ergò expensæ pro Fortalitiis extruendis &  
conservandis, vel etiam iisdem instruendis præsidis, ad publi-  
cam utilitatem non videantur referri; Hinc nec sub-  
collektatio eò videtur extendi posse. Sed quia ratio illa utique  
& huc maximè facit, cum munimenta in omnium subdito-  
rum commodum, & quo casu necessitatis refugium eò capere  
queant, extruantur; Hinc Subsidia sua in usum communis sa-  
lutis eum in finem denegari non possunt. Unde etiam in  
R. 7. de Anno 1654. §. Und gleich wie. 180. illa Collectatio ex-  
presse est concessa, ibi: Sonderlich aber sollen jedes Chur-Für-  
sten und Stands Land: Sassen/ Unterthanen und Bürger zu Bes-*

seß, und Erhaltung der einem oder andern Reichs:Stand zuges  
hörigen nöthigen Festungen / Plätzen und Garnisonen Ihren  
Lands Fürsten mit hülflichen Beitrag gehorsamlich an Hand zu  
gehen schuldig seyn. Quod postea Capitulationi Leopoldina  
Articul. 3. adeoque & presentē est insertum vid. Dn. Rhet. in  
Instit. Jur. Publ. Lib. 2. Tit. 2. §. 6 & 2.

- §. 6. Idem etiam dicendum de medijs sustentati-  
18 one Augustissimi Cameralis Judicii necessarijs; de quibus scilicet  
& hic (4) cavet Rex Romanorum: Ne Subditi subsidia, pro  
sustentatione Camera Imperialis necessaria, injuriā detrectent, in  
verbis: Wie auch zu Unsers und des Heiligen Reichs Cammers  
Gerichts Unterhalt an Hand zu gehen schuldig seynd/ quæ iti-  
dem in Capitulatione Leopoldinā observantur. Postquam e-  
19 nim Status Imperii Anno 1548. Juxta Rec. Imp. dicti Anni §.  
Und wiewohl 36. Camerae sustentationem soli in se suscep-  
runt; quod postea & in subsequētib; Comitij; Anni 1551.  
1555. 1557. renovatum, & ad presentia usque tempora conti-  
nuatum; ita tamen, ut ex bonis Domanialibus & Camerae  
Proventibus ejusque Status id fieri debuerit; tandem quo-  
que & hic subcollectatio est concessa, partim, quod Collectā  
20 Imperialis sit, & ad modum Collectæ, quæ secundum expedi-  
tionem Romanam colligitur, ordinata; partim etiam quod  
Judicium Camerale laudatissimum in utilitatem publicam,  
& omnium quoque subditorum commodum sit institutum.  
21 Unde etiam in Rec. Imp. de Anno 1654. §. Betreffend aber. 14.  
in fin. de hoc cautum est, ibi: Und soll den Ständen beyer ste-  
hen/ Ihre Land:Stände/ Bürger und Untertanen zur Beyhülff  
zu ziehen. Quod postea insertum Capitulationi Leopoldi, &  
in Josephi repetitum, vid. Dn. Rhet. in Institut. Jur. Publ. lib.  
2. Tit. 2. §. 1.

§. 7. Tandem & in eo (5) Rex Romanorum Jura<sup>22</sup>. Statuum Imperii contra Subditos tueri promittit: Quod Subditos & Ordines Provinciales in iis, quæ in hoc Articulo iisdem sunt concessa, & in præcedentibus tradita, sive coram Cesare, sive Summis Ejus Judiciis, Casareo nempe Aulico, seu Camerali, Actiones instituere seu Querelas movere ausuros, ne audire quidem, sed statim à limine Judicii repellere, & ad parendum Superiori suo adigere velit; per verba textus: Auff den Fall auch jemand von den Lands Ständen oder Unterthanen wider diese oder andere obberührte Sachen bey Uns / oder Unserm Reichs Hoff Rath/ oder ersibemeldten Cammer: Gericht etwas anzubringen/ oder zu suchen/ sich gelüsten lassen würde / wollen wir dran seyn/ und darauff halten/ daß ein solcher nicht leichtlich gehöret/ sondern à limine Judicii ab/ und zu schuldiger Partition an seinen Lands Fürsten und Herrn gewiesen werde. Quæ etiam iisdem verbis Capitulationi Leopoldinæ sunt inserta. Nam quamvis Princeps facilis esse ad audiendum, foresque Judiciorum omnibus patere debeant; Ita ut maximis & minimis<sup>23</sup> æqualiter justitiam Ei administrare incumbat, juxta *Articul. 1. Capitul.* Quia tamen hæcenus tradita Statuum Jura in Subditos suos clarè sunt decisa; In talibus autem casibus meritò Processus denegandi, nec malitiis hominum indulgendum, l. 38 ff. de R. V. Non immeritò Subditi & Ordines Provinciales, contra talia & jam decisa querelam moventes, à Limine Judicii repelluntur, & ad faciendum officium adiguntur,

§. 8. Limitatur famen idiplum in Casu, ubi Actio<sup>24</sup> nis institutæ fundamentum aliquod ostenditur: Ut si Dominus Territorii in Dispositionem circa Collectas, Ordinibus consenserit; Aut si forte Solutio Collectarum jam sit facta; vel in iis imponendis vel exigendis æqualitas non fuerit ob-

servata, ubi utique, siquidem Querela quadantenus demonstrari possit, audiendi eruat; Quemadmodum hæc limitatio in ipso textu suggeritur, per verba: *Nicht eichtlich gehöret.* Ampliatur verò idem è contrario in omnibus contra

25. *dicta Jura* vel alias contra Jus Tertii sub & obreptitiè, ipso inaudito, *impetratis Privilegiis & Exemptionibus*, cum omnibus annexis Clausulis, Declarationibus & Confirmationibus;
26. Quippe quæ una cum omnibus Processibus, Mandatis & Decretis sive à *Judicio Cæsareo-Aulico*, sive à *Camera Imperiali* contra Status Imperii Ipsorumque Magistratus sine præviâ requisitione Literarum informativarum, contra Constitutiones Imperii desuper impetratis, nulla atque irrita declarantur; & præviâ summaria causæ cognitione cassari atque irrita declarari debent; Per verba textus: *Gestalten Wir auch alle und jede Dargegen und sonst* contra Jus Tertii, und esse derselbige darüber vernommen / hievor sub- & obreptitiè erhaltene Privilegia & Exemtionen, sambt allen derselben Clausulen/ Declarationen und Bestätigungen; *Wie auch alle darsuff/ und denen Reichs-Satzungen zu wider / an Unsern Käyserlichen Reichs-Hoff-Rath oder Cammer, Gerichte wider die Lands-Fürsten und Obrigkeiten / ohne Derselben vorhero schriftlich begehreten und vernommenen Berichte / ertheilte Processus Mandata & Decreta, præviâ summaria causæ cognitione, vor null und nichtig erklären / und dieselbe cassiren und auffheben solten und wollen.* Quæ eodem tenore & in *Capit. Leopoldina Artic. 3.* recensentur.

§. 9. Ex iis, quæ ad hunc Articulum sunt dicta, patet; Jus & Officium Regis Romanorum, quatenus circa Jura Nationis Teutonica, Imperii Romano-Germanici, Electorum.

Stg



Statuum, junctâ Nobilitate Imperii immediatâ, aliorumque Mem-  
brorum Imperii non-turbando, sed confirmando & defen-  
dendo versatur, non esse Regiæ potestatis, paucis exceptis,  
restrictivum, sed ut plurimum *normativum*, imò quoad non-  
nulla, maximè verò, quod ad defensionem Ju-  
rium Statuum attinet, *reserva-*  
*tivum.*



COM

86  
CONSPECTVS COMMENT. ART. III. CAPIT. JOSEPHI

Breviter Hic est. Continet enim

Jus & Officium Regis Romanorum circa Jura & Privilegia Imperii, Membrorumque Ejus,

*Ubi de Eo*

*In Genere. Vbi explicantur*

Jus & Officium Regis Romanorum, *Item*

Jura &

Privilegia *Generaliter.* CAP. I.

*In Specie; Et quidem*

Objective & Materialiter, quoad Jura

Totius Imperii, *ratione*

Nationis Teutonicæ,

Imperii Rom. Germanici Jurium communium. CAP. II.

Statuum Imperii *Generaliter.* CAP. III. *Interque Eos*

Electorum, *similiter*

*In Genere.* CAP. IV.

*In Specie; Quoad Electores Singulos.*

CAP. V.

Principum *vel* Statuum *specialiter;* seu

Prælatorum & Comitum; *ut &*

Civitatum Imperii. CAP. VI.

Membrorum Imperii

Immediatorum *ut*

Nobilitatis Imperii *Immediatæ,*

Aliorum *Immediatorum &*

Mediatorum. CAP. VII.

*Formaliter; Vbi de Jure & Officio Reg. Rom. Quoad*

Proprium *Factum* Regis, *consistens*

*In Non-turbando*

*In Confirmando Jura.* CAP. VIII.

*Tertii Factum; Consistens*

*In defendendo Jura Imper. & Stat.* CAP. IX.

## COROLLARIA.

*Ex Iure Naturæ,*

## I.

**L**EX prima, unica, & fundamentalis omnis moralitatis, juris & Justitiæ est cultus divinus. (1.) quia priorem non habet, sed ultimato propositiones omnes, si quam rectitudinem habent, in eam resolvi possunt. (2.) Quia Deus in creando Macro- & Microcosmo, nihil aliud quam semetipsum respicere potuit, & ut essent, qui majestatem suam & potentiam colerent. (3.) Quia Leges cordi humano inscriptæ omnes eorundem. *Dn. Zentgräv. de Orig. Jur. Nat. art. 4. seqq.* *Dn. Prales in Instit. Jur. Nat. & Gent. part. gen. sect. 1. cap. 1. per tot. & faciunt eò quæ habet Dn. Mauritius in specim. Dissert. Jur. publ. cap. 4. th. 32.* Dissent. *Grot. de I. B. & Pac. in Proleg. Pufendorff. de I. N. & Gent. Lib. 2. cap. 3. & passim;* qui socialitatem cum Aristotele 1. Pol. c. 11. & sequacibus; Thom. Hobbes tr. de Cive & in Leviath. qui *mutuum merum*, Rich. Cumberland. in *disquisit. de Leg. Nat. qui mutuum benevolentiam.* Ut & Jctus quidam celeberrimus, qui pro primo principio habet: quod *homines potentius agendi à natura instructi, licite agant, donec aliquis qui prohibere recte potest, prohibeat; licitum vero jus esse.*

## II.

**Datur bonum & malum suâ naturâ tale ante omnem impositionem.** (1.) Quia Deus ante præceptionem respexit illud quod essentia, & voluntati suæ congruit, vicissimque eidem repugnat. (2.) Quia alias sequerentur absurda, quasi Deus naturam mali in naturam boni, & contra commutare potuisset, si voluisset, & (3.) quod aliquid sanctitati & essentia suæ contrarium statuere potuisset, quod implicat. Unde Div. Augustinus. *Lib. 10. de lib. arbit. cap. 30.* in verbis: *Adulterium non ideo malum est, quia prohibitum, sed ideo prohibitum, quia malum est.* Dissent. *Pufendorff. de J. N. & G. Lib. 1. cap. 2. §. 6. cap. 6. §. 4. & passim;* cum sequacibus.

## III.

**Moralitas actionum humanarum consistit in con- & dis-**  
con-

2

**convenientia voluntaria cum lege** (1.) Quia moralitas seu bonitas & malitia actus humani in eo consistit, à quo talis aestimari potest, quod dijudicandum ex con- & disconvenientia cum lege. *Vid.* Div. Thomas. *de bonitate & malit. act. human. dis. 125. q. 18 dub. 2. concl. 7. 8. 9. & 10. q. 2. de malo. art. 5.* Gregor. Dietel. *de fine, beatitudine, & actibus hominis liberi ac rationalis. cap. 6. §. 2. concl. 4.* Dissent. Pufendorff. *de f. N. & G. lib. 1. cap. 5. §. 3. qui in imputativitate, & Dn. Zentgravius. qui in valore eam consistere putant.*

IV.

**In administratione Justitiæ, non tantum qualitas, sed & quantitas facti attendenda & aestimanda.** (1.) Quia actiones admittunt aestimationem majorem & minorem, tam ratione *formalis* quam *materialis*. (2.) *Levitici. cap. 6. vers. 7.* in verbis juxta *aestimationem mensuramque delicti*. (3.) *Per cap. 6. X. de homicid. volunt.* Dissent. Philosophi communiter, qui statuunt, in *extensione tantum quantitatem consistere.*

*Ex Jure Gentium.*

THESIS I.

**Imperium Parentum in liberos summæque Potestatis in subditos; Nec non pacta & contractus ex jure gentium descendunt.** (1.) Quia talia non ex dictamine *absolutè & simpliciter*, sed *respective & secundum* quid tali oriuntur. (2.) *Per §. 2. 7. de f. N. G. & C. l. 2. l. 5. ff. de f. & §. Dissent. Pufendorff. de l. N. & G. lib. 2. cap. 3. §. 22.*

II.

**Quemadmodum & bella & Repressalias potius dictamina hujus juris, quam naturalis esse statuimus.** (1.) Quia hæc naturalis ratio non dicitur *simpliciter*, sed *secundum quid*, dum scilicet pax & justitia alias haberi nequit. (2.) *Per §. 2. l. do l. N. G. & C. l. 5. ff. de l. & l. Dn. Præses in Inst. Jur. Nat. & Gent. parr. Gen. sect. 2. cap. 4. prop. 11. & 12.*

III.

**Legatum regulariter in loco delicti puniri non posse, sed remittendum esse ad suum ablegantem, ex hoc quoque jure descendit.** Quia propter characterem quem habet *representativum*,  
ipse

ipse Ablegans adesse, legatus vero delinquens domi esse censetur. *Vid.*  
*Besold. de legat. cap. 5. num. 21. Myler. de Princ. & stat. Imper. cap. 19.*  
*num. 12. lit. c. Dissent. Kirchner. de Legat. lib. 2. cap. 1. num. 141. Knip-*  
*schild. de Civit. Imper. lib. 2. cap. 25. num. 33.*

### Ex Iure Civili.

#### I.

**E**ventus dubius æstimari potest, (1) per *l. propter 23. ff. Fam. ere.*  
*l. Si iactum 12. ff. de Act. Empt. l. nam hoc. 12. ff. de Hered. vel act.*  
 (2) quia res dubia potest emi & vendi, per *dd. ll. & tot. tit. de hered. vel act.*  
*vendit.* (3) recipit enim æstimationem conventionalem, licet non ha-  
 beat legalem; **Unde nec hoc, nec alia obstant, quo minus trans-**  
**actione enormissimè læsus, gaudeat beneficio l. 2. C. de rescind.**  
**vend.** (1) per *l. 5. C. de dolo. l. 3. C. comm. utr. jud.* (2) quia hic e-  
 videns calumnia detegitur, quamobrem transactio rescinditur. *l. 65. §. 1.*  
*de condiët. indeb.* (3) quia dolus ex proposito, & dolus re ipsa eatenus  
 æquiparantur. *l. 36. de verbor. obl.* Accedit (4) quod hæc sententia ma-  
 gis æquitati suffragetur, cum nemo per alterius injuriam locupletari de-  
 beat. *c. 59. de Reg. jur. in 6. l. 8. §. 32. ff. de transact. l. 14. ff. de condiët.*  
*indeb.* Carpzov. *part. 2. Const. 34. aes. 1. num. 4. seqq.* Richter, *Decis.*  
*99. num. 54. & seqq.* Fachin. *lib. 2. controv. jur. cap. 26. cum allegatis*  
*Pinell. l. 2. C. de rescind. vend. in 1. part. cap. 4. num. 14. 15. ubi testatur*  
*in supremis Hispaniæ & Galliæ judiciis receptam esse. Dissent. Gail. lib. 2.*  
*Obs. 70. Myns. cent. 1. Obs. 33. Vinn. in Select. quest. lib. 1. cap. 57.*

#### II.

**R**etraheus minor contra lapsum certi temporis ad retra-  
 hendum præfixi, post majorem ætatem intra annum restitu-  
 tionem in integrum petere non tenetur, sed ad hoc totum  
 quadriennium eidem competit (1) quia, uti ante præter lapsum  
 annum utilem, post minorem ætatem non poterat minori præcludi re-  
 stitutio in integrum; Ita nec ante præter lapsum quadriennium continu-  
 um, quod in locum anni utilis est præstitutum. *l. ult. C. de temp. in integr.*  
*rest. l. ult. C. de repud. vel. abst. vers. sin autem.* quod etiam sequuntur  
 Sacti Canones. *cap. Co. statutus. 8. extr. de Rest. in integr. clem. un. vod.*  
 (2) Quia intra quadriennium, nondum tempus pro retractu concessum  
 potest dici præter lapsum, cum totum quadriennium, minori ætati datum  
 eidem seorsim competat, ita ut præterea tempus pro retractu indulgen-  
 dum

dum sit. *d. l. ult. C. de repud. Hered. vers. Sin autem &c.* Unde multo minus intra quadriennium præcludi potest, *Befold. part. 3. Consil. 137. num. 45. Maurit. de Rest. in integr. cap. 42.* Non obstat, *Rec. Deput. de Anno 1000. §. Als auch. 93.* quod restitutiones contra lapsum fatalium, aut aliis termini præjudicialis. petendæ sint intra id temporis spatium, quod restituendus re adhuc integra habuit. *Resp. enim rem integram esse minori per totum quadriennium, nec ante illud præterlapsum, fatale censei lapsum. Dissent. Sfort. Oddus. de restit. in integr. Qu. 19. art. 4. Brunnem. ad l. ult. num. 15. C. de temp. in integ. rest.*

III.

Quemadmodum minori, etiam emancipato, contra repudiatam hereditatem paternam, post minorennitatem integrum septennium datur, (1) *l. ult. C. de repud. Hered.* (2) Quia datur ipsi quadriennium commune, & præterea quoque, ut filio triennium. Non obstat, *l. 24. §. 2. de minor. qua intelligenda de Extraneo, re non amplius integrâ, sed distractâ jam hereditate. Dissent. Hillig. ad Donell. lib. 7. cap. 2. lit. Aa. Brun. ad d. l. ult. in fin. C. de repud. Hered.*

IV.

Etiam major ex capite ignorantia contra prescriptionem non immerito restituitur (1) *arg. l. 1. §. f. ff. quod fals. tut. gest.* (2) Quia eadẽ æquitas, quâ petitur, ut succurratur absenti, etiam vult, ut succurratur ignorantibus. *p. l. un. C. de usucap. transform.* (3) Quia dum negligentibus non subvenitur, *l. 16. ff. quib. caus. major.* Bene subvenitur ignorantibus quorum negligentia argui nequit. (4) *per l. 35. ff. de servit. rust. præd. l. 15 §. 3. l. 16. ff. ex quib. caus. major. l. 19. §. 1. ff. quemad. servit. amit. V. Brun. ad l. 1. ff. ex quib. caus. maj. n. 4. Carpz. tit. 19. in process. n. 22. Mev. p. 7. d. 174. p. 8. d. 19. Sfort. Oddus de rest. in integr. part. 2. qu. 90. art. 4. §. 6. Diff. Struv. in S. I. C. Exerc. 8. th. 76. ibi. & apud Odd. d. alleg.*

V.

Elapso biennio querela non numeratæ pecuniæ moveri nequit. *l. 8. 10. 14. C. de r. b. cred.* Nisi debitor onus probandi negativæ in se suscipere velit. (1) Quia lapsus biennii inducit saltem præsumptionem juris, quæ probationem in contrarium admittit. (2) In contractibus potius rei veritas quam scriptura perspicitur. *c. 12. extr. qui filii sint legitimi. l. 6. ff. de Off. Pres.* (3) Quia debitor generaliter habet exceptionem doli. *l. 2. §. 5. ff. de dol. mal. except.* unde & illicita lucra generaliter prohibentur. *c. 48. de Reg. Jur. in 6. l. 6. pr. ff. de offic. p. sed. l. 14. ff. de condi. et.*

*condict. indeb. l. 206. de R. 7. vid. Brunnem. ad. l. 13. C. de non num. pec. Hartm. Pistor. lib. 4. qu. 12. n. 13. ubi docer ab ea in judican do non recedendum, Richter. Decis. 21. n. 12. usque 19. Zanger. de Except. p. 3. c. 14. n. 67. Carpzov. P. 1. C. 35. d. 66 & 67. Mev. p. 2. d. 22. p. 8. d. 365. Dissent. Joh. Faber. & alii apud Hartm. Pistor. d. l. alleg. Nebelkra Decis. 22. Bachov. ad Tr. 1. 20. 2. B. Vinn. in Select. quast. lib. 1. cap. 41. Frantzk. Exerc. 10. qu. 10.*

VI.

**Liberi cum Legitima Trebellianicam indistinctè detractere possunt.** (1.) Per cap. Rainurius 16. & Rainaldus 18. X. de testam. (2.) Quia legitimam detrahit filius jure naturali, Trebellianicam ut quis extraneus d. cap. Raynaldus Vers. dilectus X. de testam. (3.) Quia dum jure naturæ liberis debentur bona parentum, ita voluntas patris explicanda, ut quam minimum jus naturæ lædatur, quæ tam in purè quam sub conditione gravato vera sunt. (4.) Quia legitima de jure consideratur tanquam separata portio à reliqua hereditate, dum pro are alieno habetur. Sand. lib. 4. Dec. Tit. 7. Def. 3. & licet filius interdum excludatur, à successione, non tamen excluditur à legitima §. 3. in fin. l. de adopt. Auth. Si qua mulier C. de SS. Eccl. Auth. Hoc amplius C. de fideicommiss. (5) Quia fideicommissio pure gravatus deterioris est conditionis, quam qui sub conditione, hic enim fructus percipit, nec eos quartæ S. C. i. imputat. l. 6. C. ad S. C. i. Trebell. l. 22. §. 2. vers. alia causa ff. cod. (6.) Et si diversis temporibus fieri potest deductio, cur non & uno eodemque? Vinn. in select. quast. lib. 2. cap. 29. Joann. à Sande lib. 4. decis. tit. 7. def. 3. & 4. Cujac. lib. 8. Obs. c. 3. Dissent. Gail. lib. 2. Obs. 121. num. 2. seqq. Uffelmann. in Not. ad Rittershus. de diff. iur. can. & civ. p. 52. Carpzov. p. 3. C. 1. d. 21. & lib. 6. Resp. 113. num. 17. seqq. **Secus est si prohibitio patris accedat.** (1) Quia tunc cessat ratio Trebellianicæ. (2.) Testator, salva manente legitima, de cetero quodcunque gravamen adicere potest. l. 36. §. 1. C. de in offic. (3.) Quia ratione Trebellianicæ filius habetur pro extraneo cap. Raynaldus 18. X. de testam. (4.) Et major est ratio prohibendi Trebellianicam, quam Falcidiam. Joann. à Sande lib. 4. decis. frif. tit. 7. def. 8. Struv. ad S. C. Trebell. §. 33. Franciscus Mantica de conject. ult. volunt. lib. 7. §. 12. num. 13. Dissent. Fachinæus. controu. iur. lib. 13. cap. 26. cum allegat.

VII.

**Legitima statuto minui, non vero prorsus tolli potest.** (1.) Quia liberis jure naturali legitima, seu portio bonorum deberur. l. 7. ff. de bon. damn. l. 7. §. 1. unde liberi. (2.) Quia legitima alimentorum

rum loco accedit, quæ naturali jure filiis debentur. (3.) Quia quæ ad quantitatem à jure civili constituta, arg. l. 6. pr. de iust. & jur. adeor. que minui potest ab iis, qui legislatoria pollent potestate, Gail, lib. 2. Obsf. 122, Fachinæus lib. 4. cap. 32. Dissentientes allegat. Gail, d. l.

VIII.

**Vulgaris substitutio non impedit transmissionem juris deliberandi in hæredem instituti** (1.) Quia hic heres institutus transmittendo jus deliberandi, alium heredem facit. (2.) Quia conditio vulgaris substitutionis poterit adimpleri per æquipollens, sc. si institutus heres non erit, nec ipse nec per heredem suum; ut in l. si paterfam. ff. de hered. instit. (3.) Per l. un. §. 5. & 13. C. de caduc. tollend. Vid. Fachinæus lib. 4. cap. 62. Sibi pro & contra citatos Auctores.

IX.

**Res paganicæ ex mera liberalitate concessæ non conferuntur.** (1.) Per l. 20. §. 1. C. de collat. (2.) Quia patris simpliciter donantis hæc videtur voluntas, ut res donatas ii præcipuas habeant, quibus donatæ sunt. Struv. ad tit. de collat. §. 28. Dissent. Brunner. de Collat. c. 4. num. 833. Tanto minus sumtus in studia & peregrinationes utiliter impensi sunt conferendi. (1.) Per l. 20. ff. fam. ercis. (2.) Quia occasione quasi militiæ sunt erogati, l. 7. C. de Assess. Dom. l. un. C. d. castr. omn. Pal. pcul. Carpz. part. 3. C. 11. Def. 17. 18.


X.

**Successio in rebus immobilibus secundum leges rei sitæ deferenda.** (1.) Quia cum bona immobilia tantum sub territorio ac Jurisdictione ejus sint loci, in quo jacent, merito statutis illius loci ac jurisdictionis obstringuntur, l. 1. in fin. l. 2. l. ult. C. ubi in rem act. (2.) Quia statuta res afficiunt, à quocunque possideantur, Gail, lib. 2. obsf. 324. n. 7. Carpz. p. 3. c. 12. d. 12. **In mobilibus vero secundum statuta domicilii.** (1.) Quia totum hoc negotium à potestate patrisfam. dependet, adeoque censentur ex voluntate ipsius bona mobilia deferenda esse secundum locum rei sitæ, in quo eas perpetuo habet. (2.) Quia voluntas Patrisfam. ex domicilio ejus mensuranda, & res mobiles ei adherent, tanquam accessorium suo principali, & ossa personæ Vid. Carpz. P. 3. c. 12. d. 13. Gail, d. l. Dissentit. Pacalr. Jur. Lipsiensis apud Carpz. Lib. 6. Resp. 39.

F I N I S.

Handwritten signature or initials in blue ink.





*M. M. II, 45*  
*S. 16, 12.*

X 2400 125

*Q. D. B. V.*

II K  
1982

DISSERTATIO  
DE  
JURIBUS ET PRIVILEGIIS  
IMPERII ROM. GERMANICI  
EJUSQUE MEMBRORUM.

*Occasione Articuli III.*

CAPITULATIONIS  
JOSEPHI  
ROMANORUM REGIS  
AUGUSTI

*QVAM*

SUB PRÆSIDIO  
D. FRIDERICI NITZSCHII  
PHIL. ET JUR. D. ET PROF. PUBL. COM.  
PAL. CÆS. ET ASSESSORIS SUMMI HASSIÆ AP-  
PELLATIONUM JUDICII  
AFFINIS HOSPITIS ET PRÆCEPTORIS

SUI VENERANDI

*PUBL. ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT*

JOHANN. HENRICUS JACOBI  
de Ehrenfron.

CONFLUENTINO-MOSELLANUS

DIE DECEMBRIS ANNO MDCCI.

IN AUDITORIO SOLENNI  
GIESSÆ HASSORUM.

Excud. JOH. REINHARDUS VULPIUS, UNIV. TYPOGRAPH.